

|Disputatio nostra de Quolibet ultimo habita, scilicet quinta decima, continebat quaestiones sedecim, quarum unica erat de Deo, ceterae autem omnes erant de creaturis.

C 198^{va}
G 259^{ra}
H 258^{vb}
I 351^{ra}
L 234^{ra}
S 248^{rb}
X 31^{rb}
Bad. 574^{ro}

QUAESTIO 1

5 UTRUM DEUS POSSET FACERE QUOD VACUUM ESSET

Illa unica de Deo erat utrum Deus posset facere quod vacuum esset. Et arguebatur quod sic, quia Deus posset facere materiam quae est sub forma substantiali et quantitate subito esse absque forma huiusmodi et quantitate, quo facto necessario sequitur vacuum esse, aut
10 motum fieri in instanti; sed motum fieri in instanti est impossibile, secundum PHILOSOPHUM VII^o P h y s i c o r u m , ubi probat quod omne quod movetur in tempore movetur, et nihil in instanti; ergo etc. Probatio suppositi est quod Deus posset abstrahere vim qua conservat res in esse a forma et quantitate, et non a materia. Quo facto, forma et |
15 quantitas qua compositum ex materia et forma spatium occupavit, puta inter partes aeris contentum, caderent in non-esse, remanente materia in esse. Et tunc partes illae | aeris: aut subito concurrerent et in instanti, ne esset vacuum; sed sic [cum] non possent concurrere nisi per spatium aeris circumstantis dictum spatium <per> rarefactionem successivam ad
20 quam sequitur partium concursus ad replendum dictum spatium non nisi per motum localem in dicto instanti; aut concurrerent in tempore et esset vacuum inter partes in toto illo tempore usque ad perfectam reconciliationem earum, licet continue minus et minus, cum nullum esset ibi corpus perfecte implens illud spatium; aut non concurrerent
25 partes illae omnino, sed starent in eodem statu quo prius absque omni rarefactione, | et sic perfecte maneret illud spatium vacuum aequalium dimensionum separatarum cum dimensionibus in materia quae prius illud occupaverunt.

S 248^{va}

H 259^{ra}

C 198^{vb}

Contra. Si Deus facere posset quod vacuum esset, posset facere
30 quod essent contradictoria simul, puta quod partes continentes vacuum essent simul et non simul; quod Deus non potest facere, quia est omnino infactibile; ergo etc. Probatio consequentiae suppositae est quod si vacuum factum esset a Deo dicto modo, partes dicti continentis essent simul, eo quod ipsorum nihil est medium per definitionem eius
35 quod est simul V^o P h y s i c o r u m . Nihil autem est medium inter partes dicti continentis, quia nihil est medium nisi vacuum, et vacuum nihil est secundum PHILOSOPHUM IV^o P h y s i c o r u m . Partes etiam

dicti continentis non essent simul, tum quia vacuum est medium per
 quod distant, tum quia materia manens est medium, tum quia ipsae ante
 materiae denudationem non erant simul; quare nec ipsa denudata statim
 sunt simul, cum nihil ex illa materiae denudatione circa partes
 continentis immutatum sit. |

Bad. 574^p

<SOLUTIO>

Ista quaestio, ut aestimo, introducta est, quia aliquis nuper posuit
 quod materia non posset esse sine forma et quantitate, et quod Deus
 hoc non posset facere, cuius contrarium alias determinavi. Et illud
 posuit, ea videlicet ratione, quia sequeretur aut quod vacuum poneretur
 esse, aut motus esse in instanti, prout procedit primum argumentum, et
 supposuit, ut tactum est in eodem argumento, quod motus non potest
 esse in instanti, quod proculdubio verum est etiam in proposito, posito
 quod sit vacuum secundum dictum modum. Licet enim in vacuo non
 posset esse motus gravis aut levis secundum se, sed tantummodo motus
 processivus animalium secundum COMMENTATOREM IV^o
 Physicorum, posita tamen materia subito spoliata forma et
 quantitate secundum tactum modum, dictae | partes aeris in vacuo
 quod ibi proculdubio partibus dictis intercideret per motum
 concurrerent, quia non concurrerent nisi manentes connexae in
 continuo, et hoc non nisi per suam rarefactionem, quae non subito in
 instanti, sed successive et in tempore fieri posset, quousque toto spatio
 repleto omnino exclusum esset vacuum. Probavit autem ille quod
 vacuum omnino esse non potest, etiam Deo agente, et hoc per
 secundum argumentum. Ex quo ulterius conclusit impossibilitatem
 illius, quo posito sequitur vacuum esse, cuiusmodi est materiae
 denudatio a forma et quantitate, etiam Deo agente. |

L 234^bBad. 574^qI 351^bS 248^bH 259^b

Sed dico ego quod, licet alias impossibile esset materiam dicto
 modo denudari, ponere tamen hac de causa sive ratione iam dicta | ab
 illo, scilicet | Deo, eam non posse denudari dicto modo, est valde debile
 motivum, quod nec deberet quemquam rationabiliter movere ad
 negandum dicto modo materiam posse, Deo agente, denudari. Cuius
 debilitas apparet | applicando causam illam quaestioni qua quaeritur
 utrum Deus posset adnihilare et secundum materiam et secundum
 formam substantialem et secundum omnia accidentia aliquod corpus
 contentum inter partes aeris, puta lapidem; aut totam speciem
 contentam inter terram et ignem, et hoc continendo ignem superius ne
 rarefactione descenderet, et terram et aquam inferius ne rarefactione

QUAESTIO 1

- ascenderet. Quo etiam posito, secundum PHILOSOPHUM IV^o Caeli
et mundi ignis | non descenderet, quia est in omni loco levis. X 31^{va}
Similiter nec terra aut aqua ascenderet, quia secundum ipsum ibidem
sunt in omni loco graves, licet aer amota terra descenderet, eo quod in
80 suo proprio loco gravis est, unde nec ascenderet elevata sphaera ignis,
secundum PHILOSOPHUM ibidem. Etiam an posset adnihilare totam
sphaeram elementarem sub sphaera lunae absque complicatione partium
illius. | Et constat quod non est negandum quin Deus hoc et consimilia
facere posset, quia qua ratione posset universam creaturam mundi
85 adnihilare, eadem <ratione> et quamlibet partem eius adnihilare posset,
et unam alia manente. Omnis enim creatura ex se caderet in nihilum
sicut de nihilo facta fuit, nisi manu Conditoris teneretur in esse, qui
manum suam potest subtrahere sive a toto universo sive a quacumque
parte eius ad libitum suae voluntatis, quia non de necessitate ullam
90 creaturam conservat in esse, sicut | nec de necessitate ullam in esse
produxit, sed solummodo libertate arbitrii voluntatis suae. |
Contra hoc tamen posset argui ex causa sive ratione praedicta eo
modo quo ille arguit contra ponentes Deum posse dicto modo denudare
materiam. Argueretur enim sic: si Deus posset lapidem existentem in
95 aere aut totam sphaeram aeris aut etiam totam sphaeram quattuor
elementorum adnihilare, sequeretur vacuum esse aut motum esse in
instanti sicut prius. Et supposito, ut prius, quod partes circumstantes
concurrere non possent subito, sicut suppositum est prius, concludi
posset modo quo prius, | si Deus adnihilaret aut adnihilare posset
100 aliquod praedictorum, quod sequeretur vacuum. Et tunc ulterius: sed
impossibile est vacuum esse secundum PHILOSOPHUM; ergo impossibile
est illud | ex quo hoc sequitur, scilicet Deum posse aliquod
praedictorum adnihilare. G 259^{rb}
Sed non puto quod sit aliquis catholicus qui propter fugam
105 inconvenientis, quod est vacuum esse aut posse esse, duci deberet ad
negandum antecedens, dicendo quod Deus nullum praedictorum
adnihilare posset. Immo potius debet a quolibet concedi vacuum posse
esse et Deum posse facere quod vacuum esset, quam negare Deum
aliquod praedictorum posse adnihilare. |
110 Consimiliter ergo et ad propositam quaestionem descendendo,
dico quod Deus posset facere, si vellet, quod vacuum esset, et hoc sic ut
perserveraret in esse absque omni spatii separati repletionem, aut per
partium corporis circumstantis concursum, aut per aliquod corpus quod
Deus de novo produceret loco corporis adnihilati, aut per materiae prius
115 denudatae restitutionem per formam et quantitatem, licet natura hoc
facere non posset, quia ipsa materiam non potest omnino denudare nec
Bad. 575^{rQ}
C 199^{ra}
Bad. 575^{vR}
L 234^{va}
Bad. 575^{sS}

QUODLIBET XV

S 249^a
Bad. 575^vr corpus aliquod adnihilare. | Unde quod philosophi nihil putabant posse fieri nisi natura agente ut medio sine quo ponebant Deum nihil posse de novo agere, iuxta dictum PHILOSOPHI VIII^o P h y s i c o r u m :
H 259^{va} «Voluntas *antiqua nihil* novi operatur | nisi mediante alio *antiquo*», et quia 120
natura non potest materiam omnino denudare aut corpus aliquod omnino adnihilare, sine quibus vacuum fieri non potest, et cum hoc non potest habere esse, sicut aliquod ens per se existens et per se in esse productum, idcirco ponebant quod vacuum esse esset impossibile simpliciter. Sed licet hoc sit simpliciter impossibile, scilicet quod vacuum 125
habeat existere agente natura, et sicut aliquod ens per se existens et per se in esse productum, prout bene procedunt rationes PHILOSOPHI quod
I 351^{va} vacuum | esse non potest, bene tamen possibile est vacuum esse agente Deo, et hoc sicut quoddam ens per accidens secundum modum quo declaravimus vacuum esse ens per accidens, in quodam alio Quolibet 130
praecedenti.

<AD ARGUMENTUM>

Bad. 575^vv Et secundum hoc concedendus est processus primi argumenti. |
Ad argumentum secundum in oppositum pro eo quod probat quod impossibile est vacuum esse, quia ponere vacuum esse est ponere 135
contradictoria esse simul, puta partes continentis vacuum esse simul et non esse simul, dico enim quod hoc falsum est. Immo pro toto tempore quo vacuum est, partes circumstantis et continentis illud non sunt simul, sicut neque erant simul prius quando corpus erat contentum in situ vacui, per cuius adnihilationem aut materiae eius denudationem 140
generatum est vacuum, secundum quod processit secunda pars illius argumenti et bene. | Quod autem arguebatur secunda parte eius, <quod> etiam non essent simul, quia nihil esset medium illarum, dico quod revera nihil est medium quod est aliquid ens per se et positivum, est tamen medium vacuum sicut aliquid ens per accidens et privativum 145
secundum modum expositum, vacuum esse ens per accidens et privativum, in dicta quaestione. Et sic dicendo quod inter partes continentis vacuum nihil est medium, negando 'aliquid' generaliter, tam pro eo quod est ens per se positivum quam pro eo quod est ens per accidens privativum, illud simpliciter falsum est. Sed talis negatio est in 150
dicto PHILOSOPHI de 'simul', quod simul sunt illa quorum nihil est medium, scilicet nec aliquod ens per se nec ens per accidens. Negando vero specialiter | pro eo quod est ens per se, solummodo | verum est quod nihil est medium inter partes continentis vacuum. Sed non est talis

L 234^vb
X 31^vb

QUAESTIO 1

- 155 negatio praecisa in definitione | eius quod est 'simul'. Et ideo non
sequitur quod simul sint partes inter quas non est medium nisi vacuum. C 199^{rb}

QUAESTIO 2

UTRUM CHRISTUS ASCENDAT SUPER OMNES CAELOS

- |Sequuntur quaesita de creaturis quorum quaedam erant de
creatura humana unita deitati in Christo, et quaedam alia de creaturis
5 absolutis non unitis deitati. A 264^{ra}

- De primo quaerebantur tria, duo de quibusdam actionibus
precedentibus a Christo secundum eius naturam humanam, quorum
primum erat utrum Christus ascendit super omnes caelos; secundum
erat utrum omnis actio Christi humana sit supernaturalis; unicum autem
10 et tertium erat de quadam actione terminata in corpus Christi, scilicet
utrum operatio qua convertebatur cibus in corpus Christi erat naturalis.

- Circa primum arguitur quod Christus non ascendit super omnes
caelos sic: secundum PHILOSOPHUM V^o P H Y S I C O R U M omnis motus
est a termino in terminum. Illuc ergo ubi nullus est terminus, nihil
15 moveri potest, quia esset motus sine termino. Super omnes caelos nullus
est terminus, quia super omnes caelos nihil est nisi quod est extra omnes
caelos. Idem enim sunt esse super omnes caelos et extra omnes caelos.
«Extra autem | omnes caelos nihil est omnino, neque plenum neque vacuum neque
tempus | neque locus» secundum PHILOSOPHUM I^o C a e l i e t m u n d i ;
20 terminus autem | motus non est nihil; ergo etc. S 249^{rb}
H 259^{vb}
Bad. 575^{ox}

- Confirmatur autem ratio ista per illud quod DAVID propheta,
loquens in P s a l m i s de Christi ascensione, dicit sic: «A summo caelo
egressio eius; et occursus eius usque ad summum eius». Occursus ille ascensio
eius fuit. Ascensio ergo Christi fuit usque ad summum supremi caeli,
25 quod est super omnes caelos; ergo etc.

In contrarium est illud quod dicit GREGORIUS in praefatione
Pentecostes de Christi ascensione: «Ascendens super omnes caelos sedensque ad
dexteram» etc., quod assumptum est de A d E p h e s i o s IV^o: ubi dicit
APOSTOLUS «Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos».

- 30 <SOLUTIO>

- Dico quod hoc quod Christus super omnes caelos ascendisse
scribitur, sanum requirit intellectum et pium expositorem. Quia enim
ascensus motum dicit ad superius, superius autem semper dicitur
respectu inferioris, et superius atque inferius dupliciter possunt intelligi,
35 vel loco vel dignitate, utroque modo Christus intelligendus est

- ascendisse super omnes caelos. Super illud enim <Ad> Ephesios IV^o: «*Ascendens Christus in altum*», dicit Glossa: «*Et loco et dignitate*». I 351^{vb} Quod Christus una persona Deus et homo ascendisse | dicitur, secundum humanitatem eius dictum intelligitur. Super illud <Ad> Ephesios IV^o: «*Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit*», dicit 40 Glossa: «*Secundum corpus et animam ad caelos ascendit*».
- Ad caelos spirituales Trinitatis divinarum personarum ascendit quando in sua incarnatione ad aequalitatem Dei Patris humanitas eius est assumpta per unionem naturae humanae cum divina, secundum quam est aequalis Patri. Unde super illud Psalmi XVIIIⁱ: «*occursus eius usque ad summum eius*», dicit AUGUSTINUS: «*Occurrit plenitudini divinitatis usque ad aequalitatem Patris*». Ut enim [dicitur] super illud Ioannis IIIⁱ: «*Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo*», dicit BEDA: «*Atque ideo Filius hominis recte dicitur et descendisse de caelo et ante passionem fuisse in caelo, quia quod in sua natura | habere non potuit hoc in Filio Dei, a quo assumptus est, habuit. Filius hominis quod in sua natura habere non potuit, hoc in Dei Filio, a quo assumptus est, habuit*». Et per hoc ascendit Christus una persona existens in duabus naturis in caelum per eius humanitatem, sicut e converso descendit de caelo secundum eius divinam naturam. Unde super illud Psalmi XVIIⁱ: «*Inclinavit caelos et descendit*», dicit 45 AUGUSTINUS: «*Descendit ad hominum infirmitatem*». De utroque autem simul dicit Glossa super illud «*quod autem ascendit*» etc. sic: «*Quomodo humanitas | ascendere potuit, nisi quia et divinitas primum descendit?*». Descendit quidem deitas non localiter sed per exinanitionem suam, scilicet in assumpta humanitate. Sic etiam e contra isto modo iam dicto ascendit 60 humanitas, non localiter sed per repletionem suam ex assumpta divinitate quae est ascensio, non loco sed dignitate. Et per istam ascensionem ad caelos spirituales Trinitatis ascendit super omnes caelos spirituales spiritualis creaturae et loco et dignitate. Dignitate secundum illud Psalmi XVIIⁱ: «*Ascendit super Cherubim et volavit super pennas ventorum*». «*Super Cherubim*», dicit | AUGUSTINUS: «*Exaltatus est super plenitudinem scientiae et super virtutes animarum, quibus se velut pennis a terrenis timoribus in auras libertatis attollit*». Hinc dicitur in Psalmo CXII^o: «*Excelsus est super omnes gentes Dominus, et super caelos gloria eius*», ubi dicit AUGUSTINUS: «*Gentes homines sunt, sed non solum excelsus super omnes gentes Dominus, verum etiam super omnes caelos gloria eius*». Sicut autem per 70 gentes intelligit homines, sic per caelos intelligit | angelicos | spiritus, in quantum respectu illorum homines dici possunt 'terra'. Communiter tamen et homines et angeli caeli dicuntur super quos Christum ascendisse intelligit GREGORIUS quando dixit: «*Qui ascendens super omnes caelos*»; quod bene declaravit describendo terminum | ascensionis ubi 75

QUAESTIO 2

ascensus ille stetit, subdens: «*sedensque ad dexteram*» Dei Patris, quod est in plenitudine divinitatis aequalem Patri residere. Unde super illud Psalmi LXVIIⁱ «*Ascendit super caelum caeli*», dicit AUGUSTINUS: «*Ergo super caelum caeli sedet ad dexteram Dei Patris. Et hoc est quod dicit Apostolus: ascendit super omnes caelos*». Quod amplius exponens IOANNES DAMASCENUS libro III^o cap.^o 31^o dicit sic: «*Ad dexteram Dei Patris sedere aimus Christum corporaliter. Dexteram autem dicimus Patris gloriam et honorem divinitatis, in qua corporaliter sedet, glorificata eius carne*». Et sic loquendo de ascensionis dignitate super caelos omnis spiritualis creaturae, bene procedit ultima obiectio. De ascensione autem eius loco super omnes caelos, si intelligamus super caelos iam dictos creaturae spiritualis, adhuc bene veritatem habet, caelos appellando bonos homines qui creduntur post corporum resurrectionem in paradiso caelesti in diversis sedibus corporalibus corporaliter residere dispositi pro qualitate meriti; inter quas sedes Christi sedes erit suprema, vel situ locali vel dignitate vel potius utroque modo, ut sicut Christus corporaliter et circumscripto corpore creditur ascendisse, secundum DAMASCENUM libro III^o cap.^o 31^o exponendo illud Actuum 1ⁱ: «*Veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum*», dicentem: «*Ascendere autem ex terra ad caelos et rursus descendere, actiones sunt circumscripti corporis*», sic in corpore circumscripto | a loco determinato creditur in aliqua parte determinata caeli residere, quaecumque sit illa et in quocumque situ. | Si vero intelligere conetur aliquis ascendisse Christum super omnes caelos corporales ultra convexitatem extremi caeli, nescio qua auctoritate aut ratione illud firmare poterit; sed quin sic super omnes caelos corporales ascendisse potuisset, si voluisset, non dubito. |

I 352^{ma}

Bad. 575^{vY}

Bad. 575^{vZ}

<AD ARGUMENTUM>

Unde quod arguitur in primo argumento, quod «Christus non ascendit super omnes caelos quasi super omnes caelos corporales dicto modo ascendere non potuisset, eo quod omnis motus est ad terminum, et ultra omnes illos caelos nullus est terminus», dico quod hoc ultimum verum est de termino qui est aliquid ens positivum et secundum | se, quia, ut procedit argumentum et bene, extra caelum nullum tale ens est. De termino autem qui est ens per accidens et privativum, cuiusmodi ens potest esse vacuum secundum | praedicta, dico quod bene est aut potest esse terminus super omnes caelos ad quem Christus potuit ascendisse. Si enim Christus dicto modo super omnes caelos corporales ascendisset, etsi prius in termino ascensus sui neque plenum neque

L 235th

Bad. 576^{vZ}

vacuum fuisset, ex tunc tamen plenum spatium ibi fuisset, quod 115
quantum est ex se, natum fuisset fore vacuum, et capabilitas erat
corporis absque corpore existens.

QUAESTIO 3

UTRUM OMNIS ACTIO HUMANA CHRISTI SIT SUPERNATURALIS

Circa secundum arguitur quod omnis humana actio Christi sit
supernaturalis, sic. Omnis actio quae elicitur ab agente supernaturali
supernaturalis est, sicut omnis actio elicitur ab agente naturali naturalis 5
est. Omnis actio Christi, etiam humana, | elicitur ab agente
supernaturali, quia a persona divina quae supernaturalis est in duabus
naturis subsistens. Ergo etc.

Contra. Sicut se habet actio ad Christum in agendo, sic et passio |
in patiendo. Sed non omnis passio Christi humana est supernaturalis, 10
puta illa qua Iudas ipsum osculatus est. Ergo etc. |

<SOLUTIO>

Dico quod licet in qualibet actione tria concurrant consideranda,
quae sunt agens, modus agendi et terminus actionis. Actio tamen neque
propter agens neque propter terminum dicitur naturalis vel 15
supernaturalis, sed solummodo | propter modum agendi naturalem vel
supernaturalem. Cum enim Christus aquam convertit in vinum,
I o a n n i s II^o, licet vinum illud idem in forma et in specie vini erat cum
vino generato in vite, tamen actio illa productionis vini de aqua existente
in hydria est et dicitur non esse naturalis, sicut est et dicitur esse 20
naturalis productio vini de humore aquoso existente in vite, et hoc quia
non est idem modus agendi in productione vini utriusque. Unde si in
ligno esset vis navisfactiva et produceret natura navem de lignis in
eadem forma et figura in qua modo de lignis ipsam producit ars, etiam e
converso nunc ars ipsam de lignis producit, sicut tunc produceret 25
natura, actio tamen producendi navem ab artifice numquam diceretur
naturalis propter hoc quod eiusdem formae et figurae navem produceret
cum navi illa quae esset producta a natura, nec e contra. Similiter si ars
alchimiae posset producere aurum et esset eiusdem speciei cum auro
quod producit per se natura, non tamen propterea quod diceretur 30
eiusdem speciei, illa productio naturalis diceretur prout fit ab alchimista;
diceretur tamen naturalis, quia idem esset agendi modus proximus in
producendo speciem illius auri, sicut et auri quod | producit natura

QUAESTIO 3

- absque ministerio artis. Ubique enim producitur appropinquatione calidi
 35 et frigidi temperatis sicut principiis activis, humido | et sicco X 32th
 proportionalibus sicut principiis passivis. In qua applicatione alchimista
 solum est minister naturae sicut medicus sanitatis. Sola enim natura
 curat morbos et similiter sola natura ut agens principale generat aurum.
 Consimiliter etiamsi agens principale esset supernaturale, sed tamen
 40 ageret modo actionis naturae, necessario actio illa dicenda esset
 naturalis, et econtra si agens esset naturale aut artificiale et ageret modo
 supernaturali, sicut agunt verba sacramentalia in transsubstantiatione
 Eucharistiae et generatione gratiae, actio illa semper dicenda esset
 supernaturalis. | Bad. 576th
- 45 Descendendo ergo ad propositum, dico quod quamquam Christus
 sit agens supernaturale ratione | personae agentis, sive agat secundum
 naturam divinam | sive secundum humanam naturam, quia tamen L 235^{va}
 omnes actiones quas egit in statu mortalitatis et etiam quas adhuc agit in I 352th
 statu immortalitatis agit modo naturae quo alii homines agunt illas in
 50 quocumque statu sint, cuiusmodi sunt comedere, bibere, ambulare et
 cetera huiusmodi — cuius signum est quod eadem passiones in Christo
 consecutae sunt ex illis actionibus sicut et in aliis hominibus, scilicet
 sedatio famis ex comestione, sitis ex potatione, quae et consimiles
 proprie dicuntur humanae —, idcirco ergo breviter dico quod nulla
 55 Christi actio humana, quae vere humana dicenda est, supernaturalis est,
 sed solummodo est pure naturalis, non obstante quod agens sit
 supernaturale, et hoc quia ipse agens omnes illas actiones agit modo
 naturae. Si quas enim actiones egit vel agit, non modo naturae sed modo
 supernaturali, illae | non sunt dicendae humanae neque | naturales et H 260^{va}
 60 secundum naturam humanam factae, sed divinae et supernaturales et S 250th
 secundum naturam divinam factae. Et econtra est de eius operationibus
 divinis, si quas ageret non modo supernaturali sed modo naturali. Ut
 enim dicit DAMASCENUS libro III^o cap.^o 15^o, «*duas actiones aimus in domino*
 65 *Iesu Christo. Habet enim ut Deus divinam actionem, et ut homo est nobis*
homousian humanae habens naturae actionem». Sed ut idem ait ibidem cap.^o
 19^o, propter unitatem personae agentis et in duabus naturis subsistentis
 «*habuerit novum et ineffabilem modum naturalium actionum*». Sed hoc intellige
 non nisi naturalem. Unde exponens in quo sit ‘novus’ et ‘ineffabilis’
 subdit dicens: «*Si enim Deus ens perfectus factus est propter nos et secundum nos*
 70 *homo perfectus, manifestum est quod omnes habens naturales divinitatis proprietates*
et secundum hoc Deus perfectus habebat naturales humanitatis proprietates». «*Et*
indivisas aimus actiones unaquaque natura cum alterius communione agente hoc
quod proprium habuit. Neque egit humana secundum hominem | solum, neque
divina secundum Deum solum, sed Deus simul existens et homo. Quemadmodum

Bad. 576th

Bad. 576^c *enim naturarum unionem et differentiam naturalem cognoscimus, ita et naturalium voluntatum et actionum». |* 75

<AD ARGUMENTA>

C 200^a Per praedicta patet responsio ad obiectum | primum. Et concedendum est argumentum secundum, ponendo non solum quod aliqua passio Christi naturalis fuit, et aliqua non, sed etiam quod aliqua actio eius fuit naturalis et aliqua non, secundum iam dicta. Unde de passionibus Christi dico quod omnis passio eius, quae vere erat humana, pure naturalis erat in ipso sicut et in quolibet alio, quia uniformiter aliis dormivit, esuriit, sitivit et lassus fuit, et ceteras passiones humanas sustinuit. Sed est advertendum de passionibus sicut et actionibus Christi, quod non dicitur passio aliqua naturalis in ipso a modo quo illi infertur ab agente extra inferente illam, sed a modo quo in passo recipitur. Unde passio mortis Christi, licet in quantum fuit illata a crucifixoribus, fuit violenta, tamen in quantum in Christo fuit recepta, erat pure naturalis, et per illam pure naturaliter mortuus est, licet voluntate consentiente ut in ipso recepta, et permittente ut a crucifixoribus est illata. Et per hoc, licet actio crucifigentium Deo Patri displicuit, passio tamen Christi illi grata fuit. Hinc de naturalibus passionibus Christi dicit | DAMASCENUS libro dicto cap.^o 20^o: «*Confitemur quod omnes naturales passiones hominis assumpsit. Totum enim hominem et ea quae sunt hominis sumpsit, praeter peccatum*» — hoc enim non est naturae, puta fames, sitis, labor, dolor et cetera huiusmodi quae annumerat. Unde et consimiliter loquens de eius passionibus et actionibus simul dicit cap.^o 18^o: «*Deum perfectum et hominem perfectum dicentes Christum, omnia ei dabimus et quae Patris naturalia et quae matris*». |

L 235^{va} 80

95

I 352^{va} 10

QUAESTIO 4

UTRUM OPERATIO QUA CONVERTEBATUR CIBUS IN CORPUS CHRISTI
FUERAT NATURALIS

Circa tertium arguitur quod operatio qua convertebatur cibus in corpus Christi non erat naturalis, sic. Operatio transiens omnem facultatem naturae non est naturalis. Dicta operatio fuit huiusmodi, quia attingit ad carnem unitam divinitati, et ita ad unionem ineffabilem et supernaturalem cum ipsa divinitate. Ergo etc.

S 250^{pb} Contra. Illa operatio | quae procedit ex virtute naturali et modo naturae est operatio naturalis. Dicta operatio fuit huiusmodi; processit enim ex virtute animae Christi nutritiva, quae naturalis est, et hoc

5

10

QUAESTIO 4

mediante calore naturali digerentibus, sicut et in aliis | hominibus, in quibus illa conversio est pure naturalis. Ergo etc. |

H 260^{vb}

X 32^{ra}

Bad. 576rd

<SOLUTIO>

15 Quaestio ista implicata est et contenta in proxima praecedente, et ideo ex responsione tradita ad illam dissolvenda est. Cum enim secundum dicta iam in illa debeamus tribuere Christo secundum hominem quaecumque sunt naturalia matris, sicut et quaecumque secundum Deum sunt naturalia Patris, proculdubio ponendum est quod
20 dicta operatio erat naturalis in Christo sicut fuit et in matre eius, et non solum illa sed et quaecumque alia, ut de nulla illarum oporteat facere propriam quaestionem aliam a quaestione praecedenti. Quae autem sunt illae, determinat DAMASCENUS in libello suo *De gemina natura et geminis proprietatibus atque geminis actionibus Christi* dicens sic: «*Dicentes divinae naturae Christi proprietates, quas habet ex Patre, dicamus et humanae naturae proprietates naturales, quas ex ea quae nostri habet assumptione, hoc est omnes naturales potentias humanitatis et operativas et passivas, ut perfectus sit homo. Si enim aliquod naturalium non assumpsit, non perfectus sed defectivus est homo*». Et
30 annumerando dictas potentias, operationes et passiones circa hominem simpliciter, subdit dicens: «*Si enim uniuscuiusque potentiam acceperit naturaliter a Conditor, homo igitur minor est mundus. Habet enim animam et corpus, et medius constitutus est intellectus et materiae; vinculum enim est visibilis et invisibilis, id est sensibilis et intelligibilis creaturae. Communicat igitur animatis corporibus secundum ea quae ex quattuor elementis complexionem et compositionem,* |
35 *plantis autem secundum nutritivam et augmentativam virtutem, adhuc autem et seminativam, irrationalibus autem animalibus secundum irrationalem appetitum, id est iram et concupiscentiam, et secundum phantasticum et memorativum et secundum sensum et secundum progressivum motum et vociferativum et spirativum. Copulatur autem incorporeis et intellectualibus virtutibus per rationale et rationalem appetitum intellectus, qui est voluntas, primus intellectualis motus*». Et infra: «*Est autem propriissimum animae dividens ipsam ab angelorum substantia in corpore conversari et huic tradere vitam et motum et liberum arbitrium secundum proprium appetitum ducere corpus et irrationalem appetitum contra et iram et secundum progressum*
40 *motum et naturaliter dominari, ut proprio et naturali servo proprio corpori*», et cetera plurima huiusmodi. Quibus enumeratis | applicans cuncta Christo, subdit dicens: «*Propter quod in domino nostro Iesu Christo, quia duae naturae, duae sunt et naturales operationes, ut sit perfectus Deus et perfectus homo secundum duarum naturarum differentiam divinae et humanae. Aliud enim opus est divinae naturae et aliud humanae. Si humanam non assumpsit operationem, non*
45
50

G 260^{ra}

C 200^{rb}

- Bad. 577^d *vixit ut | homo, non ratione usus est, non comedit, non bibit, non ambulavit, non vidit*. Et post plurima talia applicata Christo subdit illud quod pertinet ad propositum dicens: «*Et quod ab anima animales operationes et passiones assumpsit, testis est ex naturali quidem potentia nutritio corporis et augmentatio.*»
- S 250^a *Unde enim sudor, sputum, salutaris sanguis et aqua, | si non ex digestionem, si non* 55
passibiliter sed naturaliter nutritus est, non secundum voluntatem passibilem, sed ad repletionem eius effluit?» | Sic ergo dubium nulli debet esse catholico quin Christus omnes operationes et passiones naturales humanae naturae expertus est vel potuit experiiri. Sed praecipue de una naturalium operationum humanae naturae dubitatio est, puta de seminativo et
- H 261^a generativo per concubitum | cum | muliere, an illud in se habuit, quia 60
I 352^b post praedicta subdit DAMASCENUS dicens: «*Seminativum autem et generativum non habuit. Intransilientes enim divinarum hypostasum proprietates et impossibile est Patrem vel Spiritum Sanctum Filium fieri; propter quod neque factus est Filius hominis nisi Filius Dei ut maneat intransmutabilis proprietas.*» |
- Bad. 577^d 65
Sed puto quod sicut fuit homo perfectus habens omnes alias vires et potentias animae, sic fuit homo perfectus habens vim et potentiam seminativam et generativam sicut et alii, et hoc in virtute licet non in actione secundum quam, ut puto, intellexit DAMASCENUS quod dixit
«*seminativum autem et generativum non habuit*», et hoc quia non congruebat 70
quod seminasset et generasset atque pater fuisset secundum humanitatem, et sic non congruebat quod Pater aut Spiritus Sanctus secundum assumptam humanitatem fuisset Filius. Quoad hoc enim bene verum est quod intransilientes sunt mediante natura humana assumpta divinarum hypostasum proprietates quae simpliciter et 75
omnino intransilientes sunt secundum naturam divinam, quia in divinis non possunt esse nisi unicus Pater et unicus Filius et unicus Spiritus Sanctus, secundum quod declaravimus satis in quaestionibus nostris ordinariis. Quae tamen bene possent transilire secundum naturam humanam assumptam, secundum quod simpliciter et absolute Pater et 80
Spiritus Sanctus incarnari poterunt et possunt, sicut incarnatus est Filius, licet non tantum congruisset, et hoc ne idem esset Pater et Filius, si Deus Pater de homine nasceretur, et ne nomen Filii ad alium transferretur, si aut Pater aut Spiritus Sanctus de homine nasceretur, dicente INNOCENTIO III^o in sermone quodam De nativitate 85
Domini: Solus Patris Filius, non Pater ipse vel Spiritus Sanctus carnem assumpsit. Missus est Dei Filius, ideo non Pater vel Spiritus Sanctus, | ne alius in divinitate esset Filius, alius in humanitate, et ne idem esset Pater et Filius, si Deus Pater de homine nasceretur. «*Magno Dei consilio et ineffabili sapientia non Pater carnem assumpsit vel Spiritus* 90
Sanctus, sed Filius tantum, ut qui erat in divinitate Dei Filius, ipse fieret in
- X 32^b

QUAESTIO 4

homine hominis filius». Adverte quod dicit «magno consilio Dei» etc. Si |
enim consilio haec sic facta sunt et non aliter, potuerunt ergo natura
aliter facta fuisse. Per quem etiam modum proprietas Patris secundum
95 humanitatem assumptam simpliciter et absolute potuit transilire ad
Filium, quia potuit, quantum erat ex parte naturae humanae, generasse,
sicut et alii, saltem in statu innocentiae, licet illud non tantum
congruisset, sicut quod non generavit.

L 236^{rb}

QUAESTIO 5

UTRUM RELATIO HABEAT DEBILIUS ESSE INTER PRAEDICAMENTA

Sequuntur quaesita de creaturis non unitis divinitati, ubi
quaerebatur unicum pertinens ad relativa, scilicet utrum relatio habeat
5 debilius esse inter praedicamenta, et plura alia pertinentia ad absoluta.

Circa illud unicum arguitur quod relatio habeat debilius esse
ceteris praedicamentis sic. Ex eo quod verius esse habet fundamentum,
verius esse habet id quod fundatur | in illo quod verius esse habet quam
quod fundatur in illo quod habet minus verum esse. Verius autem
10 habent esse absoluta, quae sunt substantia, quantitas, qualitas, quam
relationes. Quare cum praedicamentum relationis fundatur super tria
praedicamenta absoluta, aliorum vero sex quaedam fundantur super
relationes, ut actio | et passio super rationem activi et passivi, ergo etc.

S 250^{vb}

C 200^{va}

In contrarium est COMMENTATOR super XII^{um}
15 Metaphysicae, ubi probat PHILOSOPHUS quod eadem sunt |
principia substantiae et accidentis. Ergo etc. |

H 261^{ab}

Bad. 577^{rg}

<SOLUTIO>

Dico quod in quolibet genere praedicamenti est duo considerare,
scilicet rem praedicamenti et rationem eiusdem, quae in hoc differunt
20 quod decem praedicamenta in nulla re communi eis conveniunt, tamen
in una ratione communi conveniunt, quae est ‘esse ab alio’, ut effectus a
causa, in quo generaliter differt ratio omnis quod est in praedicamento a
ratione divinae naturae, praeter quod realitas omnis eius quod est in
praedicamento differt a realitate divinae naturae multo amplius quam
25 differat realitas unius praedicamenti a realitate alterius. Sed illa ratio
communis decem praedicamentis, quae est ‘ab alio esse’, | primo in
duas distinguitur, secundum quas praedicamentum substantiae cum hoc
quod ceteris praedicamentis veriore realitatem importat, dividitur
contra novem praedicamenta accidentium, | quae, ut distinguuntur

I 353^{ra}

Bad. 577^{rg}

contra substantiam, in una ratione communi conveniunt, licet non in una realitate. Illarum autem duarum rationum una est ‘esse in se’, non in alio, et est propria substantiae; alia vero est ‘esse in alio’, et est communis novem praedicamentis accidentium. Unde cum hoc quod praedicamentum substantiae veriore realitatem ceteris importat et habet esse verius, propter quod a PHILOSOPHO VII^o *Metaphysicae* dicitur *ens simpliciter*, cetera vero novem respectu illius dicuntur ‘entia ad’ et quasi secundum quid et diminute, quia non dicuntur aut sunt entia, nisi quia sunt dispositiones entis simpliciter, quod est substantia, ratio autem communis illis novem praedicamentis accidentium distinguitur in duas, quia ‘esse in alio’ aut convenit alicui absolute aut non nisi in ordine ad aliud — et est | prima istarum duarum rationum communis duobus praedicamentis absolutis, scilicet quantitati et qualitati, secunda vero est communis septem praedicamentis respectivis, quorum esse, quia dependet ab absolutis, et realitatem trahunt ab illis, puta a substantia, quantitate et qualitate —, idcirco illa absoluta et quodlibet eorum, scilicet substantia et accidentia quae sunt quantitas et qualitas, verius esse habent quam quodcumque illorum | septem, quibus non convenit aliqua realitas communis omnibus aut aliquae propriae singulis, quantum est ex natura sui praedicamenti. Unde et distinguuntur solummodo penes diversitatem modorum fundandi illa super res praedicamentorum absolutorum et referendi secundum illos aliquid ad aliud, hoc modo quia ille respectus qui est ad aliud esse aut convenit rei absolutae ex se sola, et sic est respectus praedicamenti relationis proprie dictae aut convenit rei absolutae non nisi ex connexione quadam sui cum aliqua re alia, et est respectus aliorum sex praedicamentorum. | De quibus idcirco dicit BOETHIUS libro suo *De Trinitate* quod «*maxime ex aliquo vel alieno adventu constare videntur*»; cuiusmodi alienum est motus aut dispositio acquisita per motum. Motus enim aut dispositio acquisita per motum non convenit mobili nisi ex coniunctione eius cum movente et adventu illius. Nec e converso convenit moventi nisi ex coniunctione eius cum mobili et adventu illius. Et secundum hoc sex praedicamenta respectiva distinguuntur inter se, prout in quaestionibus nostris ordinariis declaravimus in quadam quaestione generali de praedicamentis decem. Nec oportet hic iterare, quia non proprie pertinet ad propositum.

Et quia in his sex praedicamentis res illa super quam fundantur, in quantum super illam fundantur, | est ad aliud se habere, ut secundum hoc in his sex praedicamentis res illa super quam fundantur, in quantum super illam fundantur, circa se rationem respectus quodam modo includit quasi materialem ad respectus in quibus consistit ratio illorum sex praedicamentorum, | non sic autem res super quam fundatur

QUAESTIO 5

praedicamentum | relationis, circa se talem respectum includit ut super
 ipsam fundetur respectus qui est proprius praedicamento relationis, eo
 quod res super quam fundatur praedicamentum relationis in quantum
 huiusmodi omnino absoluta est absque ordine ad aliud, | idcirco dico,
 75 prout statim declarabitur, quod ex hoc dicta sex praedicamenta
 relationis plus realitatis important et verius esse habent quam
 praedicamentum relationis, et ulterius quod praedicamentum relationis
 inter omnia praedicamenta debilius esse habet.

H 261^{va}

Bad. 577rd

<AD ARGUMENTA>

80 Et secundum hoc concedenda est secunda ratio ad hoc
 probandum inducta. |

C 200^{vb}

Ad primam quae est ad oppositum, quod relatio verius habet esse
 quam alia sex praedicamenta respectiva, quia verius habent esse illa in
 quibus fundatur quam illa in quibus fundantur alia sex, dico ad hoc et
 85 simul ad declarationem iam suppositi, quod praedicamentum
 respectivum non ex hoc dicitur verius esse habere quod super verius ens
 fundatur, sed solummodo ex hoc quod ab illo verius et perfectius esse et
 realitatem trahit. Quamquam ergo relatio super verius ens fundatur
 quam alia sex, si tamen verius et perfectius illa sex ab illo super quod
 90 fundantur realitatem contrahant, non impedit quin habeant verius esse.
 Quod revera ita est, quod et declarandum est ex fundatione respectuum
 praedicamentorum actionis et passionis per motum. Et per hoc idem
 intelligendum est in aliis | quattuor. Quae sunt ‘quando’, quod fundatur
 in re temporali ex motu et adiacentia temporis, quod «*est mensura motus*»,
 95 et eius cui tempus adiacet, quod est omne existens in tempore; et ‘ubi’,
 quod fundatur in re locali ex | adiacentia loci simpliciter per hoc quod
 locatum simpliciter habet esse in loco; et de situ, qui fundatur in re locali
 per hoc quod partes eius diversimode se habent ad locum; et de habitu,
 qui fundatur in habente aliquid circumstans ipsum corporaliter ex
 100 applicatione eius quod habetur ad habentem, prout haec planius
 exposita sunt in dicta quaestione generali. | De actione igitur et passione,
 ut etiam declaratum est in eadem, dico quod verius esse habent quam
 praedicamentum relationis, quoniam fundamenta relationis, quae sunt
 praedicamenta absoluta et absolute, ex eo quod sunt fundamenta illius et
 105 ad hoc quod in eis fundetur relatio, non respiciunt aliquid aliud a se, sed
 illa solummodo et praecise. Et sic ipsa, quantum est ex se, in quantum
 sunt subiecta relationis vel fundamenta, omnino aliena sunt a natura
 relationis et modicum idcirco subintrant rationem respectus in relatione,
 quia non nisi quasi characterizando et quodam modo afficiendo.

I 353^{ab}

L 236^{vb}

Bad. 577rd

Fundamentum autem actionis et passionis, cuiusmodi est motus, semper
 respicit aliquid aliud a se, ut in ipso fundetur respectus actionis et
 passionis, quia | respicit passum ut in ipso fundetur respectus actionis,
 et e converso respicit agens ut in ipso fundetur respectus passionis, et
 sic semper plura inter quae est relatio fundata in motu. Est enim
 secundum PHILOSOPHUM V^o PHYSICORUM *motus actus* huius, scilicet
 agentis, quia est ab ipso in hoc, scilicet *in passo* existens ut *in*
subiecto. Et per hoc, licet motus sit simpliciter absolutum quid
 pertinens ad praedicamentum absolutum quantitatis aut qualitatis aut
 universaliter ad praedicamentum illius rei ad quam est motus, quia
 tamen ut fundetur in alterutro, semper diversorum est, quae
 diversimode respicit | — cum enim est in aliquo ut in subiecto, puta
 in passo, necessario cum illo respicit | aliquid aliud ut a quo est, sicut
 agens; et e converso cum est alicuius, ut a quo est, necessario cum
 illo respicit aliquid aliud ut in quo est, ‘aliud differens re vel ratione’,
 sed hoc mediante alio extraneo, ut in praecedenti Quolibet
 determinavi de motu voluntatis a se ipsa —, et quod sic motus
 semper respicit aliquid aliud praeter se ipsum, ut in eo fundentur
 respectus actionis et passionis, in hoc quasi omnino subintrat
 rationem respectus illius qui super ipsum fundatur, et per hoc
 ulterius motus potius est de significato actionis et passionis quam
 substantia, quantitas et qualitas sit de significato relationis fundatae
 super illam. Actio enim est motus ut est ab agente, et passio est idem
 motus ut recipitur in passo. Et propterea in entibus causatis
 contentis sub praedicamentis verius esse habent actio et passio quam
 relatio. Et consimili ratione etiam alia quattuor, quia, ut dictum est,
 fundamenta illorum semper aliquid aliud a se respiciunt ut in illis
 respectus importati per ipsa fundentur. |
 Quod autem arguitur quod «actio et passio fundantur super
 relationem, quia super rationem activi et passivi» etc., dico quod non
 est verum. Non enim fundantur super potentiam activam et
 passivam, quae sunt proprie rationes activi et passivi, neque etiam
 super relationes de primo genere relationis fundatas in illis, immo
 fundantur super motum solummodo, qui per potentiam activam ab
 agente procedit in passum in quo recipitur per potentiam passivam. |
 Qui quidem motus, quantum est ex se simpliciter, absolutum est
 praeter hoc quod necessario respicit | aliud a se | ut in ipso fundetur
 respectus actionis et passionis, ut dictum est. Propter eandem etiam
 causam illa sex dicuntur esse accidentia «extrinsecus advenientia»,
 cum | relatio dicatur esse de accidentibus intrinsecus advenientibus. |

QUAESTIO 6

QUAESTIO 6

UTRUM SIT POSSIBILE PONERE PLURES FORMAS ET DIVERSAS
ACCIDENTALES DIFFERENTES SOLO NUMERO SIMUL IN EODEM
SUBIECTO INDIVISIBILI

5 Sequuntur quaesita pertinentia ad creatura absoluta, ubi primo
quaerebatur unum de accidente, utrum scilicet sit possibile ponere
plures formas et diversas accidentales differentes solo numero simul |
in eodem subiecto indivisibili. Deinde quaerebantur plura alia de
substantia.

A 264^{vb}

10 Circa illud unicum arguitur quod sic. Primo sic: diversa visibilia,
puta alba vel lucida, aequaliter multiplicant species sive similitudines sive
intentiones suas in eadem parte medii sic quod intentione unius
corrupta ad eius absentiam manet intentio alterius in illo. Hoc autem
non posset esse nisi a diversis essent diversae intentiones simul in
15 eadem parte medii. Ergo etc.

Secundo sic: si esset eadem species sive intentio in medio
diversorum alborum, cum per id quod ab eis diffunditur in medium
movent visum, si essent duo alba quorum unum esset magis album et
alterum minus, aequaliter ergo moverent visum et per hoc iudicarentur a
20 visu fore aequaliter alba. Consequens falsum est. Ergo etc.

Tertio sic: PHILOSOPHUS dicit in V^o P h y s i c o r u m quod duo
accidentia in eodem subiecto, puta duae sanitates quarum una
corrumpitur in mane et alia generatur in vespere, non possunt esse
eadem sanitas in numero, et hoc propter diversos motus quibus
25 generatae sunt, quasi cum diversis motibus fiat generatio intentionis in
medio | a diversis albis, ergo etc.

S 251^{va}

H 262^{ra}

In contrarium est quia accidens non numeratur nisi | per
subiectum; quasi subiecto existente uno et eodem et accidens eiusdem
speciei non numeratur, sed est idem secundum numerum. |

Bad. 578^{ra}

30 <SOLUTIO>

Dico quod, cum secundum PHILOSOPHUM XII^o
M e t a p h y s i c a e et clarius secundum COMMENTATOREM suum
ibidem, «*omnes formae quae sunt in primo motore in actu sunt in prima materia
in potentia*», et est sermo suus ibidem de generabilibus formis et
35 corruptibilibus, correspondentia<m> ergo habent inter se esse
formarum secundum actum et secundum potentiam in prima materia.

QUODLIBET XV

Sunt autem formae in primo motore in actu per rationes ideales, quae sunt principia activa et cognitiva et productiva illarum. In prima autem materia sunt in potentia per potentias materiae receptivas sive passivas. Quare cum respectu unius speciei et omnium individuorum illius non est nisi unica idea in primo motore, qui Deus est, ut in quodam alio Quolibet determinavimus secundum beatum AUGUSTINUM, similiter ergo et in prima materia respectu unius speciei et omnium individuorum illius, non est nisi unica potentia passiva sive receptiva. Ex unica autem et eadem potentia passiva in eodem secundum numerum non potest produci aut esse simul in eodem tempore plus quam unica forma secundum numerum, quia potentia terminatur per quemcumque actum unum ad quem est. Idcirco igitur mihi videtur quod plures tales formae differentes numero non possunt simul esse in eodem subiecto. Concedo igitur ultimam rationem. |

Bad. 578^o

<AD ARGUMENTA>

Ad primam in contrarium de intentionibus visibilium in medio, propter quas, ut puto, mota fuit quaestio, quod diversa visibilia aequaliter multiplicant suas species in eadem parte medii sic quod species manet specie alterius corrupta, quod non posset | esse, si essent eadem species numero, dico quod si illa multiplicatio speciei a diversis visibilibus esset per migrationem alicuius | permanentis in esse suo a visibili in medium, aliquid valeret maior illa, nec aliter veritatem habere potest. Nunc autem | non est ita, quia secundum BOETHIUM Super Porphyrium accidentia perimi possunt, alterari autem non possunt, scilicet a subiecto in subiectum migrando. Nunc autem, cum species visibilium non fiant in medio nisi per naturalem generationem de potentia medii, et hoc modo generationis aliarum formarum materialium, licet debilius esse quam aliae habeant, de eadem autem potentia sub eadem specie, ut dictum est, simul in eodem numero nec | esse nec generari possunt plus quam una et eadem | species numero. Impossibile est ergo quod diversae formae secundum numerum solum, etiam a diversis agentibus sive generantibus, habeant esse in eadem parte medii. Immo quodlibet illorum uniformiter alteri movet medium ad generationem speciei secundum rationem illius unice potentiae, acsi solummodo unum illorum moveret; et sic ad eandem formam secundum numerum generandam quodlibet illorum secundum virtutem suam movet et concurrunt in eundem effectum numero, sicut concurrunt diversi trahentes in unicum tractum eiusdem navis

L 237^{ab}

Bad. 578^o

A 265^{aa}

C 201^{ab}

I 353^{ab}

QUAESTIO 6

75 secundum numerum, et diversi ignes ad calefaciendum aquam eandem
unico calore secundum numerum et gradum caloris, ad quem nullum
illorum attingere per se potuisset.

Quod autem arguitur apparenter contra hoc, quod generatum ab
uno illorum potest corrumpi, non corrupto sed manente eo quod
80 generatum est ab altero, dico quod non est verum. Immo tota species
una et eadem per essentiam secundum numerum manet ad praesentiam
| unius generantium illam, licet minus | intensa quam fuit generata ad
praesentiam plurium agentium, pro quanto efficacius et intensius
movebant ad | generationem illius plures simul quam unus aut
85 pauciores tantum, et hoc quemadmodum plures simul moverent navem
motu veloci quam quilibet illorum per se aut pauciores simul moverent
motu lento. Unde species illa ad praesentiam plurium vel pauciorum
generantium illam et conservantium eam in esse non differt nisi
90 eodem subiecto secundum numerum non possunt differre secundum
numerum, sicut in diversis subiectis non possunt differre secundum
speciem.

Ad secundum quod videtur directe facere contra iam dicta, quod
«si eadem species esset in medio a magis albo et minus albo,
95 iudicarentur ergo a visu fore aequaliter alba», dico quod species rei
visibilis in medio non tantum ex hoc movet ad determinate videndum
aliquod visibile, quod est species simpliciter ipsius visibilis, sed cum hoc
requiritur visibile in oppositione secundum lineam rectam per illud
medium ad pupillam visus. Unde per speciem existentem in medio
100 secundum veritatem et non rectam oppositionem ad visum nullo modo
potest visus moveri ad videndum visibile a quo generata est, dum illud
ex obliquo se habet ad pupillam oculi. Et sicut non potest movere
visum species in medio nisi ad rectam oppositionem mediante illa
visibile habeat se respectu visus, sic non potest spiritum | movere nisi
105 quatenus generata | est a visibili se habente ad talem rectam
oppositionem. Quare cum ad talem rectam oppositionem non sit
generata secundum gradum | intensionis respondentis virtuti et
intensionis visibilis directe oppositi, idcirco species intensa generata a
pluribus visibilibus in medio ad quodlibet illorum videndum movet
110 secundum gradum intensionis in quo nata esset generari a quolibet
illorum per se, et ad nullum illorum videndum movet secundum gradum
totius intensionis suae. Immo non plus movet ad videndum quodlibet
illorum quam moveret ad videndum aliquod illorum species generata ab
illo solo; propter quod per eandem speciem bene diversimode iudicatur

S 251^{vb}

H 262^{ab}

X 33^{va}

G 260^{vb}

L 237^{va}

A 265^{ab}

QUODLIBET XV

de magis albo et minus albo, et unum illorum iudicatur esse albius 115
altero. |
Ad tertium, quod non potest eadem species numero in aliquo
eodem numero generari diversis motibus sicut fit generatio in medio a
diversis visibilibus, dico quod falsum est, quando sunt moventia
uniformiter et simul, ut patet in tractu navis et generatione caloris in 120
aqua, sicut dictum est. Et cum hoc, licet simul non agerent, sed agens
posterius inveniret manens quod actum est a priore agente, ut
contingere posset in tractu eiusdem navis a pluribus successive, et
similiter in calefactione eiusdem aquae a pluribus ignibus successive,
tunc actum a primo augeretur a secundo, et est unum et idem essentia. 125
Et similiter si unum album primo generet speciem suam in medio per se
absque alio, et illo manente et conservante speciem a se generatam in
medio, tunc altero | albo adveniente in recta oppositione ad illud
medium speciem illam intendit, et est eadem | numero a diversis
motibus vel | ab initio generata et posterius aucta. Sed si sint diversa 130
moventia idem subiectum vel medium successive, prius corrupto
generato ab uno quam sequatur motus ab alio, in hoc casu solum
loquitur PHILOSOPHUS, et bene, quod non potest | esse eadem forma,
puta sanitas, corrupta in mane et generata in vespere.

QUAESTIO 7

UTRUM ALIQUOD AGENS CREATUM IN AGENDO POSSET ATTINGERE SUBSTANTIAM PRIMAE MATERIAE

Sequuntur quaesita de substantia ubi quaerebatur unicum
pertinens ad substantiam creatam generaliter, deinde plura pertinentia ad 5
diversas substantias intellectuales creatas specialiter. Illud unicum erat
utrum aliquod agens creatum in agendo posset attingere substantiam
primae materiae.

Et arguitur quod sic, hoc modo. Quod aliquid educit de substantia
materiae, actione sua attingit illam, quia omne agens attingit illud in 10
quod agit, quia agens et patiens debent esse simul, ut dicitur in I^o De
g e n e r a t i o n e . Agens creatum educit per generationem substantialem
formam, non de subiecto existente in actu, sicut educit per alterationem
| formam accidentalem, sed de materia existente in potentia tantum, ut
dicitur in eodem. Ipsa enim inest materiae immediate, forma autem 15
accidentalis non inest materiae nisi mediante forma substantiali. Ergo
etc.

QUAESTIO 7

20 Contra. Agens naturale, cum non sit nisi quantum, non agit nisi in quanto, quia non agit nisi per contactum, et quantum non tangit nisi quantum. Quantitas autem semper in subiecto media est inter agentem et substantiam materiae. Agens autem non attingit substantiam materiae quando aliquid aliud est medium | inter ipsam et materiam. Ergo etc. |

L 237^{rb}
Bad. 579^{rk}

<SOLUTIO>

25 Dico quod agens naturale in transmutatione dicitur illud attingere quod praecise manet unum et idem in tota transmutatione, scilicet et sub forma quae corrumpitur in termino a quo et sub forma quae
30 producit in termino ad quem. Idcirco alterans dicitur attingere | sua actione, non substantiam nudam primae materiae in sola potentia existentem, sed solummodo subiectum existens in actu compositum ex materia et forma substantiali. Licet enim substantia materiae maneat in alteratione, non tamen manet sola ut praecise unum commune utrique termino transmutationis. Et sic idem est quaerere quid sit subiectum commune manens in tota transmutatione, et quaerere quid sit illud quod
35 agens sua actione attingit. Et quia super hoc est maior dubitatio in transmutatione quae est generatio quam in aliis, circa generationem ergo quaestionis difficultatem prosequamur praecise. |

X 33^{vb}

Bad. 579^{rk}

Circa generationem autem variatur responsio ad quaestionem secundum diversos modos ponendi modi generationis naturalis, qui sunt sex. Quorum primus est ponentium formarum latentiam, qui posuerunt
40 generationem fieri sola congregatione et segregatione partium materialium, puta atomorum. Dicebant enim quod omnia secundum formas suas essent contenta in omnibus et commixta, puta lignum, lapis, plumbum, aurum, caro, os, homo, leo, album, nigrum, dulce, amarum et cetera huiusmodi; et quod generatio nihil aliud esset quam ad
45 superficiem exterioriorem congregatio partium ad eandem formam pertinentium, et aliarum partium segregatio ab illis ad interius; et quod sic unumquodque denominaretur, puta lignum vel lapis aut aliquid ceterorum, prout partes formas unius eorum vel alterius continentes et abundantius exterius apparent, sicut in olla bulliente in qua sunt
50 commixtim pisa, | fabae, vecia, semin<i>um et ceterae species leguminum quandoque abundantius apparent superius in orificio ollae pisa, quandoque fabae aut aliquod ceterorum, et per hoc modo apparet quod olla illa contineat sola pisa, modo quod solas fabas, et sic de ceteris. Secundum talem modum ponendi generationem dicendum esset
55 quod agens in generatione sua actione non attingit materiae substantiam,

H 262^{rb}

- S 252^{ab} sed quoddam admixtum continens | in diversis partibus materiae
 Bad. 579^{as} singulorum formas. |
- I 354^{ab} Secundus est ponentium gradum formarum substantialium in
 quolibet generabili et corruptibili et aliquam formam symbolam
 manentem communiter in generato et corrupto, qui ponebant 60
 generationem fieri per | appositionem formarum posteriorum quibus
 generatum et corruptum inter se distinguuntur. Secundum talem
 C 201^{vb} modum ponendi generationem fieri, | dicendum esset quod agens in
 generatione sua actione attingit, non substantiam materiae, sed
 subiectum quoddam compositum ex substantia materiae et forma 65
 substantiali incompleta, quae est forma generalissimae substantiae, puta
 substantialitas sola, aut cum hoc forma secundi generis sub substantia
 quae dicitur corporeitas. Tale enim compositum secundum illos manet
 in tota transmutatione generationis et solum fiunt generatio et corruptio
 secundum formas posteriores completiores. 70
- L 238^{ra} Tertius est ponentium gradus, non formarum substantialium
 secundum sub et supra secundum diversitatem generum et specierum in
 linea praedicamentali, sed ponentium unius formae manentis gradus
 secundum esse perfectius et completius penes illam generum et 75
 specierum diversitatem, qui dicebant generationem fieri per
 acquisitionem ex | generatione esse perfectius et completius usque ad
 ultimum completivum ipsi formae manenti. Et secundum talem modum
 ponendi dicendum esset, ut iam prius, quod agens in generatione non
 G 261^{ra} attingit substantiam | materiae, sed subiectum quoddam compositum ex
 substantia materiae et forma substantiali sub esse incompletissimo, 80
 competens vel generalissimo substantiae vel alicui sub illo. Illud enim
 compositum manet, et fit solummodo generatio secundum esse
 completius.
- Quartus est ponentium inchoationes formarum in materia quas
 vocabant potentias activas in materia praecedentes omnino 85
 transmutationem generationis, quas quasi excitatas per actum
 generationis ponebant pullulare in formas perfectas, et ipsas non esse
 formas, sed quaedam semina formarum, quod aliqui ponebant sensisse
 AUGUSTINUM. Secundum istos dicendum esset quod agens in
 generatione non attingeret compositum ex materia et forma nec nudam 90
 substantiam materiae, sed medium quoddam, scilicet substantiam
 materiae cum seminario formae.
- Quintus est ponentium datores formarum et generationem esse,
 non productionem formae de materia, sed in materia tantum, quasi
 generatio non esset aliud quam creatio formae in materia, prout 95
 AVERROES imponit AVICENNAE, secundum quem dicendum esset quod

QUAESTIO 7

agens sua actione generandi attingeret nudam substantiam materiae,
quod secundum illum ipsa manet communis sola generato et corrupto.

100 Sextus est ponentium quod nihil formae <est> aut seminarium
eius nec omnino forma aliqua in generabilibus et corruptibilibus quin sit
generabile et corruptibile, et quod generatio non est per se formae sicut
nec materiae, sed solius compositi ex materia et forma secundum totum
quod est in illo, manente sola substantia materiae communi in generato
et corrupto, quae secundum istos talis naturae est quod ipsa disposita |
105 ad praesentiam | agentis naturalis sibi proportionalis, nata sit statim
affici dispositione formali ad quam ordinatur actio agentis,
quemadmodum [afficitur] cera mollis afficitur figura sigilli sibi impressi.
Nec refert nisi quod | ista impressio est violenta passibili contrariante,
110 illa vero est naturalis passibili per naturalem oboedientiam conferente ad
impressionis susceptionem, ut sic, quantum est ex parte materiae
conferentis, forma sit ab intra, et quantum est ex parte agentis ipsa sit ab
extra, ut secundum hoc sit forma partim ab intra et partim ab extra,
prout posuerunt peripatetici, quorum positionem puto continere verum
modum generationis naturalis. | Aliorum autem positiones praetactas
115 sigillatim reprobare non est praesentis intentionis. |

Bad. 579^{rs}

H 263^{ra}

X 34^{ra}

S 252^{va}

Bad. 579^{rt}

I 354^{va}

Secundum istum ultimum et verum modum ponendi naturalem
generationem dico quod agens naturale generans sua actione attingit |
puram et nudam substantiam primae materiae absque omni forma et
formae substantialis inchoatione existente, sic quod nihil formae
120 substantialis maneat in materia quod sit commune generato et corrupto,
sed ipsa sola materia subiectum est generationis naturalis, ex qua
generans producit compositum ex materia et forma, ut procedit primum
argumentum, quod secundum hoc concedendum est. |

Bad. 579^v

<AD ARGUMENTA>

125 Ad argumentum secundum quod erat in oppositum, scilicet quod
agens naturale, quia est quantum, non agit nisi in quanto, materia ergo in
tota transmutatione generationis est sub quantitate, et sic agens et
generans sua actione non attingit nisi quantum, non autem nudam
substantiam materiae quae de se indivisibilis est <et> non quanta
130 secundum PHILOSOPHUM I^o P h y s i c o r u m et III^o
M e t a p h y s i c a e, dico quod revera | substantiam materiae nudam, ut
habet esse sub ratione simplicis et indivisibilis absque omni ratione
partibilis eius quod est praeter suam substantiam, nullum agens naturale
sua actione attingere potest omnino de ipsa aliquid producendo aut

I. 238^{tb}

C 202^a usque ad ipsam aliquid corrumpendo et ipsam denudando omnino. Sic 135
 enim ipsam attingere et eam denudare ut | etiam maneat in esse
 existentiae denudata, solummodo possibile est agenti increato. Sed
 agens naturale ipsam solummodo ab omni forma substantiali et etiam
 accidentali determinata formae substantiali denudare potest, non tamen
 sic ut ipso agente in existentia maneat denudata, etiam per momentum, 140
 absque omni forma substantiali, quia nihil corrumpere potest nisi
 generando. Nec sic etiam eam denudare potest ut omni forma
 accidentali indeterminata spoliatur. Immo necesse est ut omnes
 dispositiones accidentales symbolae generato et corrupto sub esse
 indeterminato maneant. In omni autem generatione dispositio symbola 145
 utrique est quantitas, quia non generatur aut corrumpitur nisi quantum.
 Idcirco ergo in omni generatione commune manens generato et
 corrupto necessario est quantitas indeterminata, et sic necesse est quod
 subiectum generationis sit quantum interminatum sive indeterminatum,
 prout procedit argumentum. Nec attingit substantiam materiae nudam 150
 ab omni dispositione formae accidentalis; attingit tamen nudam
 substantiam materiae ab omni dispositione formae substantialis qua
 ipsam denudat, non sic tamen quod in aliquo momento sit sine omni
 forma, prout infra in quaestione de conceptione Virginis gloriosae
 Bad. 579^vx declarabitur. | 155
 Circa subiectum igitur generationis, eo quod oportet quod sit
 quantum, est advertendum quod cum esse quantitatis continuae, qua
 subiectum generationis oportet esse quantum, consistit non nisi in
 H 263^b ratione dimensionali et in divisibili, ratio autem divisibilis dimensionalis
 est quod habeat | partem extra partem, secundum igitur duplicem 160
 rationem dimensionis duplex est esse quantitatis continuae. Dimensio
 autem aut est terminata sive determinata secundum gradum et
 extensionem penes magnum et parvum in longo et lato et profundo; aut
 est interminata sive indeterminata per indifferentiam se habens ad
 extensionem in magnum et in parvum secundum longum et secundum 165
 latum et secundum profundum. Secundum hoc ergo est unum esse
 quantitatis quo habet esse determinatarum dimensionum, et aliud quo
 S 252^b habet esse dimensionum indeterminatarum. | Quorum primum non
 habet quantitas continua nisi ex composito ex materia et forma et non
 nisi a forma substantiali, quae quantitas ex se non est determinata. Unde 170
 et secundum diversitatem formarum substantialium diversas habet
 terminationes, et ex parte formae substantialis provenit quod «*omnium*
natura constantium statuta est ratio et terminus magnitudinis et augmenti», sicut
 dicitur II^o De anima. Determinat enim sibi quaelibet forma
 substantialis quantitatem terminatam sive determinatam in maius sic 175

QUAESTIO 7

quod non posset esse aut conservari in maiori, similiter nec in minus sic
quod non posset esse aut conservari in minori. Quantitatem tamen
simpliciter forma quaelibet substantialis sic sibi determinat | quod
180 possit esse et conservari in maiori et in minori inter illud maius in
termino et minus in termino, sed tamen non nisi in quanto et in
divisibili. Esse autem secundum | quantitas continua habet ex se,
etiamsi esset separata a composito et a materia et forma. Et utrumque
istorum materia habet a quantitate continua, a qua habet et
partibilitatem sive divisibilitatem, cum ex se sit impartibilis et
185 indivisibilis. Divisibilis tamen et partibilis est, ut est sub quantitate
secundum partibilitatem et divisibilitatem quantitatis. Ut enim est sub |
quantitate continua, partes materiae respondent partibus quantitatis.
Unde materia, ut est sub quantitate simpliciter | non determinata per
formam substantialem, interminata sive indeterminata est in suis
190 partibus materialibus, sicut est quantitas in suis partibus quantitativis. Ut
vero est sub quantitate determinata per formam substantialem, ipsa
similiter est determinata in suis partibus, ut est ipsa quantitas.

Et sic agens naturale creatum non attingit substantiam materiae, ut
est omnino indivisa et simplex atque impartibilis, sed solummodo ut est
195 sub ratione quanti indeterminati et partibilis sub partibus talis quanti.
Quoad instans enim in quo completur generatio et materia spoliatur una
forma et induitur alia, illam qua materia induitur praecedunt natura, etsi
non duratione, dimensiones interminatae in materia. Duratione enim,
sicut numquam est sine una forma substantiali | aut alia, sic numquam
200 duratione aliqua temporis aut instantis est sine terminatione quantitatis
ab una forma vel ab alia. |

Et est advertendum quod licet ipsum non sit subiectum
generationis, sicut dictum est, nisi sub ratione quanti interminati, quia
tamen quantitas illa interminata non requiritur ad rationem materiae ut
205 sit subiectum generationis tamquam causa per se, et quasi sit aliquid de
ratione subiecti per se, sed solummodo tamquam causa | sine qua non
posset materia habere rationem divisibilis et partem extra partem in sua
substantia, et sine qua non posset omnino esse subiectum formae
naturalis, idcirco sentiendum est secundum hoc quod naturale agens
210 non attingit substantiam nisi ut est sub quantitate interminata; hoc
contingit per accidens iam dicto modo. Per se autem attingit nudam
substantiam materiae ut per se subiectum generationis, non ut in sua
simplicitate existit, sed ut habet partes extra | partes interminatas sub
partibus quantitatis interminatae, quod tamen non est nisi attingere per
215 se solam substantiam materiae. Ut enim dicit PHILOSOPHUS in fine IVⁱ
Metaphysicae, si ultima materia sumatur, nihil est praeter ipsam.

I 354^{ab}

L 238^{va}

X 34^{rb}

G 261^{rb}

Bad. 580^{rx}

Bad. 580^{ry}

C 202^{rb}

H 263^{va}

QUODLIBET XV

Materia enim, sive sumatur per considerationem sub ratione simplicitatis, qua caret partibus, sive sub ratione partibilitatis, qua habet partes extra partes, ipsa non est aliquid praeter ipsam. Et sic per se simpliciter et absolute loquendo, dico quod agens naturale sua actione attingit substantiam materiae, licet non ratione illius simplicitatis qua illam attingit agens increatum, sed quod non attingit nisi quantum interminatum, hoc non contingit nisi per accidens. Et per hoc patent ambo obiecta. |

S 253^a

QUAESTIO 8

UTRUM OPERATIO INTELLIGENDI QUA ANGELUS VEL MENS HUMANA INTELLIGIT SE DIFFERAT A SE

Sequuntur quaesita pertinentia ad substantiam creatam intellectualem specialiter. Et erant quaedam communiter pertinentia ad quamcumque creaturam intellectualem; et quaedam alia pertinentia proprie ad solam creaturam intellectualem quae est homo. De primo horum quaerebantur duo pertinentia ad intellectum, quorum primum erat utrum operatio intelligendi qua angelus vel mens humana intelligit se differat a se; secundum erat utrum intellectio qua angelus aut mens humana intelligit se sit sibi essentialior quam illa qua intelligit Deum. |

L 238^{vb}

Circa primum istorum arguitur quod intellectio qua angelus aut mens humana intelligit se non differat a se, sic. Operatio non differt ab operante nisi aut ratione immediati principii elicitivi aut termini ad quem est, ut calefactio a calefaciente, puta igne, non differt nisi aut ratione caloris quo elicitor aut caloris qui per illam elicitor. Ambo | enim calores ab igne realiter differunt, a quo si non differrent, nec calefactio differret ab eodem. Sed in proposito operatio intelligendi neutro modo differt ab intelligente, quia ipse se ipso est principium elicitivum illius et terminus eius. Ergo etc.

I 355^a

In contrarium est quod secundum BOETHIUM in omni creatura differunt quod est et quo est. Intellectus autem est ipsum quod est, intellectio autem est quo formaliter aliquid est. Ergo etc. |

Bad. 580^{rz}

<SOLUTIO>

Dico quod in hac quaestione non est ratio dubitandi nisi apud illos qui putant quod nulla creatura aliquid agat sua substantia immediate, ut scilicet ipsa substantia sive essentia rei non sit ipsa operativa potentia

25

QUAESTIO 8

- praecisa et prima et proxima, sed quod quidquid agat per aliquid agat
quod est potentia agendi differens realiter ab ipso agente. Unde quaestio
30 illa est contra illos qui ponunt quod in intellectualibus potentiae illae
quae sunt intellectus et voluntas sunt ipsa substantia sive intelligentis et
volentis indifferentia ab illa secundum rem. Illis enim qui ponunt quod
nihil creatum agat sua substantia videtur quod si operatio sit aliud a
substantia operantis et accidens in illa, quod oportet eam elici ab illa per
35 principium quod sit etiam accidens eiusdem, quia aliter, ut eis videtur,
operatio non potest realiter differre ab operante. Sed licet in veritate
omnis operatio creaturae sit accidens substantiae operantis et sic realiter
aliud in ipsa — aliter enim operans creatum naturaliter et semper esset
in opere suo eodem modo se habens et invariabiliter, sicut contingit in
40 operante | increato; hoc autem falsum est de operante creato —, non
tamen ex hoc oportet quod operativa potentia etiam realiter differat ab
operante; immo quaelibet forma substantialis constituens rem in esse se
ipsa est principium alicuius operationis | sibi essentialis iuxta secundum
H 263^{vb}
modum dicendi per se, licet ipsa sit accidens illius, et licet per alia
45 principia operativa quae accedunt illi ipsa sit operativa aliarum
quarundam operationum quae sunt sibi accidentaliter respectu istius
primae operationis et essentialis immediate. Unde distinctionem rerum
per formas suas substantiales, quae multum latent in pluribus ne possint
internosci quando habent esse secundum illas et quando non, docet |
C 202^{va}
50 PHILOSOPHUS cognoscere ex operibus illarum essentialibus per suas
formas substantiales | immediate elicitas, quando dicit in fine IVⁱ libri
Meteororum sic inquires: «*Universa determinantur opere; quae enim*
possunt facere sui ipsius opus est singulum, quod vero non potest aequivocare». |
Bad. 580^{ra}
Sic ergo dico generaliter et specialiter simul respondendo ad
55 quaestionem propositam quod quaecumque operatio creaturae differt
secundum rem ab operante et quod operatio intelligendi angeli aut
mentis humanae realiter differt ab intelligente, quia solius Dei est quod
in ipso sunt idem substantia et operatio, de quo erit mentio amplior in
quaestione sequenti. Non tamen solius Dei est quod in ipso non
60 differant secundum rem substantia et virtus sive potentia operandi. Et
secundum hoc concedenda est ratio secunda. |
Bad. 580^{rb}

<AD ARGUMENTA>

- Quod arguitur in contrarium, quod «operatio non differt ab
operante nisi ratione principii elicitivi aut termini, quia scilicet alterum
65 illorum vel utrumque differt secundum rem ab | operante», dico quod
L 239^{ra}

hoc non est verum nisi de operatione accidentali, qualis est calefactio,
 quam ignis sua forma substantiali non agit nisi mediante accidentali,
 scilicet calore. Sed praeter talem operationem habet quaelibet res
 operationem aliam essentialem | quam agit immediate sua forma
 essentiali, quae in corporalibus manifestior est in organicis, puta in 70
 animalibus, quoad opera sentiendi, sed occultior in mixtis homogeneis,
 puta in carne et osse, et adhuc occultior in simplicibus elementis, puta in
 igne et aqua, et hoc prout in quibusdam ex talibus manifestior est forma
 substantialis distinguens et dans esse quam in quibusdam aliis. Semper
 enim forma substantialis et eius operatio propria essentialis manifestiora 75
 sunt in illis quae sunt magis formalia et propinquiora primae formae, et
 sunt occultiora in illis quae sunt magis materialia et propinquiora primae
 materiae, quorum formae | semper virtute continentur in formis eorum
 quae sunt magis | formalia. Et propter idem manifestius apparet in
 magis formalibus, quando unum illorum habet esse vere et quando non 80
 sed aequivoce, quam in magis materialibus. Ut enim dicit PHILOSOPHUS
 sententialiter ubi iam supra, *caro* vel *os* vel *aliorum* homogeneorum
unumquodque ex elementis ut ex materia sunt. Ex illis enim *ut ex materia* sunt
 cuncta *opera naturae*, ut vero in causa formali substantiali constant *in*
posterioribus, et omnino in organicis. Sunt enim formae elementorum, 85
 aquae, ignis, aeris, terrae, univoce in forma mixti homogenei, puta carnis
 et ossis, et similiter quodam modo sunt formae homogeneorum in
 forma organicorum, puta manus vel pedes hominis aut equi. Propter
 quod *magis manifestum est de homine mortuo* quod *aequivoce* est homo, aut de
 manu defuncti quod *aequivoce* sit *manus*, sicut et manus *lapidea* aut homo 90
 lapideus, quam de carne quod fit caro mortua aut de aqua quod defecit a
 sua forma. Et *adhuc* hoc *minus* manifestum est de *aqua* aut *igne* quam de
carne aut *osse*, et hoc quia in istis, | videlicet in igne aut aqua respectu
 carnis et ossis, et in carne et osse respectu hominis aut bovis, minime
 manifesta est causa formalis, eo quod in eis plurimum est materiae et 95
 minus formae, velut si prima sumatur *materia*, ipsa *nihil* est *praeter ipsam*;
 si etiam sumatur forma substantialis prima, ipsa etiam nihil est praeter
 ipsam. Quae vero sunt *media* unumquodque eorum *proportionaliter* habet
 minus formae quantum est propinquius primae materiae, et plus formae
 quantum propinquius est primae formae, et universa | hoc opere 100
 determinantur ut quo cognoscuntur, quando sunt in esse formae suae
 univoce, et quando non sed aequivoce. *Quae enim possunt facere sui ipsius*
opus, manifestum est quod *singulum* eorum est secundum formam suam,
 quemadmodum *oculus* quando videre potest, quando vero *non potest*
 videre, manifestum est quod *aequivoce* est oculus, quemadmodum *mortuus* 105
aut lapideus, aut etiam serra lignea, quae non potest facere opus serrae,

G 261^{va}Bad. 580^{va}I 355^{vb}H 264^{va}S 253^{va}

QUAESTIO 8

- aequivoce est *serra*, et velut *imago* serrae. Et similiter *caro* est aequivoce caro, cum non potest exercere proprium opus carnis. Sed opus eius minus manifestum est | quam sit opus oculi, et adhuc forsitan minus manifestum est
 110 | opus ignis quam carnis. Qua ex re quando existat in | forma substantiali unumquodque talium, et quando minime, non facile est perspicere, nisi solummodo figuram existentis retineant, quemadmodum veter<an>orum corpora mortuorum, quae subito ad modicum tactum vel flatum venti in cineres aut pulverem desidunt. |
- 115 Descendendo igitur ad exemplum de igne et calefactione assumpto in argumento, dico quod ignis licet non calefaciat nisi calore, non immediate forma substantiali igneitis, eo quod calefactio est eius operatio accidentalis et per accidens, habet tamen aliam operationem essentialem et per se quam agit immediate, scilicet ignem generare; quod
 120 tamen praedicti negant dicentes quod ignis non generat ignem nisi calore. Quorum opinionem PHILOSOPHUS tangens in II^o De generatione dicit sic: «Quoniam innatum est, ut inquirunt, calidum quidem segregare, frigidum vero congregare, et aliorum unumquodque hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicunt et per hoc omnia generari et corrumpi». Quorum
 125 opinionem reprehendit continue subdens: Sed «potentias attribuunt corpori propter quas generat, valde organice, auferentes eam quae est secundum speciem causam», scilicet formalem substantialem, quae est agens verum et principale in generatione, cum forma accidentalis non sit nisi agens organicum et instrumentale, | et hoc non in producendo formam
 130 substantialem; illam enim sola forma substantialis immediate generando producit, sed separando et disponendo materiam tantum. Hinc, super assumpto verbo dicit COMMENTATOR: id est, «non faciunt nisi agens in genere instrumenti, non agens verum», quod revera est sola causa formalis substantialis, cuius virtute calidum et frigidum temperate agens, et
 135 constare faciunt materiam disponentes materiam ad determinatam formae substantialis susceptionem, quae in fine alterationis qua materia sic disponitur, inducitur actione solius formae substantialis, puta ignis cum debet generari ignis, aut aquae dum debet generari aqua, aut equi dum debet generari equus. Propter quod | post verbum iam dictum
 140 addit COMMENTATOR dicens: «Necesse est enim si generent res, ut habeant agens quod faciat eam per temperamentum». Sic ergo res quaelibet sua forma substantiali aliquam actionem sibi essentialem agit per se et immediate, etsi aliquando non nisi mediante actione formae accidentalis ad dispositionem materiae, sicut dictum est. Quod contingit universaliter
 145 quando propria actio formae substantialis est generare formam sibi consimilem de materia. Quando vero habet aliquam aliam actionem sibi propriam, quam appellant medici ‘a tota specie’, puta quod magnes

L 239^{rb}

X 34^{vb}

C 202^{vb}

Bad. 580^{rc}

I 355^{va}

H 264^{ab}

S 253^{vb} attrahit | ferrum aut herba talis sistit sanguinem, illam forte habet
immediate praesente materia susceptibili. Unde quaecumque res talem
actionem agit praesente materia disposita nisi alias fuerit impedita. Non
oportet ergo quod, quia omnis operatio accidens est et differt secundum
rem ab operante, quod eliciatur ab illo per principium quod est accidens
in eo aut quod ipsa operatio non sit accidens differens secundum rem
ab operante, sed idem penitus cum agente. 150

QUAESTIO 9

UTRUM INTELLECTIO QUA ANGELUS AUT MENS HUMANA INTELLIGIT
SE SIT SIBI ESSENTIALIOR QUAM ILLA QUA INTELLIGIT DEUM

L 239^{va} Circa secundum arguitur quod intellectio qua angelus aut mens
intelligit se sit sibi essentialior quam | sit intellectio qua intelligit Deum 5
sic. Illa operatio rei cuiuscumque sibi est essentialior quam agit circa
obiectum principalius illi operationi et etiam sibi quam sit illa quam agit
G 261^{vb} circa | obiectum minus principale et operationi et sibi. Cum enim actus
habeant distingui per obiecta, magis et principalius habent distingui per
obiecta principalia, magis et esse per consequens quod ab eo habet res
esse formaliter et distingui ab aliis. Intellectio qua angelus aut mens
intelligit se est huiusmodi respectu intellectionis qua intelligit Deum,
quia angelus aut mens est aliquid creatum et habens idcirco opus
determinatum essentialiter. Opus autem determinatum essentialiter seu
principaliter habet esse circa determinatum obiectum, et hoc non
Bad. 581^c extrinsecum, quia operatio rei tendens extra se ad | extrinsecum non est
ei principalis aut essentialis, quia secundum PHILOSOPHUM VII^o
M e t a p h y s i c a e essentia rei totum sibi essenziale comprehendit intra
se. Deus autem per essentiam est obiectum extrinsecum angelo aut
C 203^{ra} menti et indeterminatum; sibi autem est | obiectum intrinsecum et
determinatum. Ergo etc. 20

Contra. Illa operatio essentialior et principalior est operanti quae
omnino quietat ipsum ne quaerat moveri ad aliud operando circa illud,
quam quae non quietat ipsum, quia non est motus nisi propter quietem
secundum COMMENTATOREM super VIII^{um} P h y s i c o r u m . Sed 25
intellectio qua angelus aut mens intelligit Deum omnino quietat ipsum;
non sic intellectio qua intelligit se, dicente AUGUSTINO in principio libri
C o n f e s s i o n u m : «Domine fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te». Ergo etc. |
Bad. 581^c

<SOLUTIO>

QUAESTIO 9

Dico secundum alias a me determinata in quaestionibus de
 Quolibet quod angelus aut mens non intelligit se, nisi sicut alia a se,
 primo scilicet intelligendo | se sub ratione universalis proximi sui. I 355^{vb}
 Universale enim est per se et primum obiectum intellectus creati, sicut
 35 singulare est per se et primum obiectum sensus. Igitur si angelus aut
 mens intelligit se sub ratione singularis, hoc non est primo et immediate
 et quasi directo aspectu secundum lineam rectam, sed mediante
 intellectu universalis sui intellecti primo | et mediate et quasi aspectu |
 obliquo secundum lineam reflexam, prout determinat PHILOSOPHUS in
 40 III^o De anima. Rationem autem universalis qua intelligit hoc modo
 se haurit ex sua memoria abdita, sicut et haurit universalia quibus
 intelligit alia a se. Quorum universalium nullum determinat sibi
 intellectum ad semper movendum ipsum, sed quandoque movet ipsum
 unum illorum, quandoque aliud, propter quod quaelibet ratio
 45 intelligendi per rationem universalis sibi est accidens, et nulla est per
 essentiam idem quod intellectus, sed re differens ab illo, et hoc non
 minus quando intelligit se, quam quando intelligit aliud a se. Unde etsi
 secundum AUGUSTINUM ponat aliquis quod intellectus semper intelligit
 se quodam abdito actu intelligendi, illa intellectio accidens est in illo, et
 50 per rationem universalis, quemadmodum et illa intellectio qua se
 quandoque intelligit, et quandoque non intelligit, et neutra illarum est
 idem quod ipsum intelligens. Et sic operatio qua intelligit aliud creatum
 a se non minus est ei essentialis, hoc est substantialis ut intellectio et
 intellectus sint idem, quam operatio qua | intelligit | se. Et si utraque
 55 est ipsum intelligens, utraque aequaliter est essentialis; et etiam si
 intellectio qua intelligit Deum est ipsum intelligens et ipse similiter, tunc
 omnis intellectio esset aeque essentialis intelligenti. Aut si intellectio qua
 intelligit se sit ipsum intelligens sive sua essentia, et intellectio qua
 intelligit Deum non sit sua essentia, intellectio qua intelligit se necessario
 60 est sibi essentialior quam illa qua intelligit Deum. Semper enim est
 essentialior rei cuique intellectio illa quae est sua essentia et idem cum
 intelligente quam quaecumque alia quae non est sua essentia nec idem
 cum intelligente, et hoc loquendo de essentialitate penes tertium
 modum eius quod est per se, licet aspiciendo ad rationem quietandi et
 65 non quietandi quae pertinet ad secundum modum dicendi per se, eo
 quod sunt accidentia operanti creato, essentialior esset intellectio qua
 intelligit Deum, ut procedit secunda obiectio et bene.
 Unde posito etiam per impossibile quod intelligens se sub ratione
 singularis intelligeret directo aspectu sicut Deus intelligit se ipsum, et
 70 cum hoc intellectio esset per essentiam ipsum intelligens, nec adhuc
 essentialior posset dici essentialitate pertinente ad secundum modum

H 264^{va}
X 35^{ra}

L 239^{vb}
S 254^{ra}

dicendi per se intellectio qua intelligit se quam illa qua intelligit Deum, sicut nec essentialior potest esse amatio qua amat se quam illa qua amat Deum, et hoc quia in Deo ut in obiecto cognito et amato est ratio omnis veri et omnis boni propter quam quodlibet potest esse cognoscibile sive intelligibile aut amabile sive volibile ita quod nihil aliud a Deo est intelligibile aut volibile quid sive cognoscibile aut amabile nisi sub ratione et effigie aliqua primi veri et primi boni, quod est Deus. Tale autem in cuius effigie et ratione cetera cognoscuntur et amantur est per se primum et essenziale obiectum intellectus et voluntatis; est etiam essentialior et principalior intellectio et volitio qua tale quid intelligit et vult aliquis quam quaecumque alia qua aliud quodcumque intelligit et vult.

C 203^bH 264^v^bI 356^aBad. 581^{rE}

Idcirco igitur dico quod simpliciter et absolute | principalior atque essentialior angelo et menti | humanae intellectio et volitio sunt qua Deum intelligit et vult | quam qua intelligit et vult se ipsum. Et secundum hoc concedenda est ratio secunda quae hoc probat et bene, et hoc a causa finali operis intelligendi, prout hoc idem iam declaravimus a causa sive ratione intelligendi formali. |

<AD ARGUMENTUM>

Ad argumentum in oppositum quod «intellectio qua angelus vel mens humana intelligit se essentialior est sibi quam qua intelligit Deum, quia ipse est obiectum principale huius operationis et operantis in quantum eam operatur», dico quod falsum est, quia tam secundum rationem causae formalis quam secundum rationem causae finalis Deus est principale obiectum cuiuslibet intellectus. Et quod arguitur ad illius probationem quod «angelus, eo quod est creatum quid habet aliquod obiectum suae operationi determinatum quod est ei essenziale, sicut et habet essentialiter opus determinatum», dico quod verum est hoc, quod obiectum hoc non est nisi Deus. Et quod assumitur quod ipse est obiectum indeterminatum, dico quod duplex est rei determinatio et similiter indeterminatio, scilicet una respectu aliorum, qua in se ita est hoc quod non aliquid aliorum; alia respectu sui ipsius et eorum quae sunt intra se, qua est tantundem ita quod non amplius. Loquendo de prima determinatione et indeterminatione respectu aliorum intelligibilium, | dico quod Deus est obiectum intelligibile determinatum, | in quantum scilicet ita est intelligibile quod est Deus quod non sit aliquid aliorum | intelligibilium. Loquendo autem de determinatione et indeterminatione secundo modo, nihil est

L 240^{ra}S 254^bBad. 581^{vE}

QUAESTIO 9

- 110 determinatum nisi ex eo quod est limitatum, cuius determinatione non
est aliquid determinatum nisi creatum. Et sic Deus est obiectum
intelligibile non determinatum sed indeterminatum, et hoc respectu
intellectus creati, quia ab intellectu creato non potest Deus tantum
intelligi quin adhuc amplius sit intelligibilis, et ad tale intelligibile
115 indeterminatum per se principaliter et essentialiter ordinatur omnis
intellectus etiam creatus. Et si essent gradus in determinatione, quanto
intelligibile esset magis indeterminatum et quanto amplius contineret in
se omnem rationem | intelligibilem, tanto magis esset per se essenziale G 262^{ra}
et principale obiectum intellectus. Et similiter est de volibili respectu
120 voluntatis, et hoc licet intelligens et volens sit determinatus utroque |
modo. Intelligens enim et volens creatum per intellectum et voluntatem
dicitur ad aliquid aliud altius quam sit ipsum secundum gradum naturae
suae, et sic obiectum intellectionis et volitionis ipsius principale
intellectus creati non est intrinsecum essentiae illius aut pertinens ad
125 ipsam, sed est omnino extra illam.
- Quod vero arguitur quod «operatio rei tendens ad extrinsecum
non est ei essentialis, quia essentia rei totum quod sibi est essenziale
comprehendit intra se», dico quod est essenziale quoddam iuxta primum
modum dicendi per se, et aliud iuxta modum secundum. Et essenziale
130 rei primo modo vocatur substantiale eidem, quod non est nisi definitio
tota aut pars definitionis rei. Et de tali essentiali verum est dictum
PHILOSOPHI assumptum in argumento de VII^o Metaphysicae, ubi
ad litteram loquitur de essentiali quod significatur per nomen et
definitionem, quae ambo totum quod est intrinsecum et essenziale rei
135 comprehendunt. Essentiale autem rei secundo modo non est ei
substantiale, sed accidentale, et bene est extra substantiam rei et extra
illud quod est ei essenziale primo modo. Aliter enim non esset
accidentale, quale essenziale est propria passio respectu sui proprii
subiecti, de quali essentiali non loquitur ibi PHILOSOPHUS. Non enim
140 comprehenditur | sub essentia rei quae est ratio indicativa eius quod est
de illa, et tale essenziale rei est quaecumque operatio eius quae convenit
ei ratione suae formae substantialis, quae est actus eius secundus,
maxime circa suum proprium | per se et primum essenziale obiectum. H 265^{ra}
I 356th

QUAESTIO 10

UTRUM ANIMA GLORIOSA, RESUMPTO CORPORE GLORIOSO, POSSIT
VIDERE OBIECTUM SENSIBILE ABSQUE SENSU MEDIO

QUODLIBET XV

Sequuntur quaesita specialiter circa creaturam intellectualem quae
est homo, ubi quaerebantur quaedam pertinentia ad hominem beatum
comprehensorem, et quaedam alia circa hominem nondum beatum sed
viatorem. Illud unum erat utrum anima gloriosa, resumpto corpore
glorioso, possit videre obiectum sensibile absque sensu medio. 5

C 203^{va} Et arguitur quod sic, hoc modo. Quod potest anima beata videre
sine corpore, hoc potest videre resumpto | corpore glorioso, quia illud 10
non erit aliquo modo impedimento animae in sua operatione, sed magis
iuvamento, quia secundum AUGUSTINUM ipsa per corporis sui
absentiam a perfecta beatitudine retardatur. Sed anima sine corpore
potest videre obiectum sensibile, quia ipsa bene cognoscit illud, sed hoc
non nisi videndo et absque sensu medio, quia non est sensus nisi in 15
corpore. Ergo etc.

Bad. 581^{vf} Contra. Gloria non mutat ordinem naturae. Sed ordo naturae est
quod anima videre non potest sensibile sine sensu medio. Ergo etc. |

<SOLUTIO>

S 254^{va} Dico distinguendo de videre | obiectum sensibile quia aut 20
L 240^{fb} intelligitur | de videre immutatione sensibili a sensibili sub ratione
sensibilis aut de immutatione intellectuali a sensibili sub ratione
intelligibilis. Omne enim sensibile habet rationem intelligibilem, licet
non econverso omne intelligibile habeat rationem sensibilem. Si
secundo modo, dico quod non est dubium quin anima beata sine 25
corpore possit videre sensibile absque sensu medio, et hoc sumendo
'videre' large pro quacumque cognitione intellectuali. Duplici enim
cognitione intellectuali anima beata sine corpore potest cognoscere
sensibile, et sic absque sensu medio; sed una naturali, altera vero
gratuita. Naturaliter enim absque sensu corporis medio videt et 30
cognoscit sensibilia, sicut et angelus; gratuito etiam videt et cognoscit illa
sine sensu corporali medio cognitione gloriosa in Verbo, prout procedit
prima obiectio, quae secundum hoc concedenda est. | Si secundo modo,
sive 'videre' sumatur stricte, mediante scilicet sensu oculorum, sive large
pro quacumque perceptione mediante quocumque sensu organico, quia 35
quantum ad propositum idem est iudicium de sensibili visus et de
sensibili tactus aut cuiuscumque alterius sensus, et eadem quaestio
posset formari de illo. Et videtur mihi, secundum quod de sensu doloris
ab anima separata alias determinavi, quod alius est omnino modus
sentiendi illum ab anima separata aut ab angelo apostata, et ab anima 40
coniuncta corpori et in corpore mediante corpore sive ab homine per

QUAESTIO 10

animam mediante corpore. Et sic de illo etiam modo posset anima absque sensu corpore medio sentire quodcumque sensibile, laetando vel dolendo ex illius sensu, et non solum anima separata, sed etiam
45 coniuncta, quia ille modus sentiendi non trahitur a sensu corporali, etsi possit etiam trahi a sensu sive fieri mediante sensu supernaturaliter, bene placet quod hoc concedatur; sed quod possit trahi a sensu corporali et fieri mediante illo naturaliter, non video.

Si vero loquamur de sensu quomodo anima coniuncta corpori
50 sentit mediante sensu modo naturali, dico et credo quod illo modo non possit sentire | nisi aliquo sensu corporali medio, et ita neque videre sensibile a quocumque sensu. Et de isto modo sensibile sentiendi, scilicet naturali, falsa est minor primae rationis, scilicet quod «anima sine corpore et sensu medio potest videre sensibile». Licet enim ipsa ut sic
55 existens bene cognoscat sensibile quodcumque, et hoc videndo intellectualiter et naturali cognitione vel gratuita, sicut | dictum est, et ut procedit ulterius argumentum, non tamen ipsa cognoscit sensibile quodcumque videndo sensibiliter et naturali cognitione, quia hoc non est nisi mediante sensu. Ipsa autem absque corpore et sensu existens
60 non potest quidquam videre mediante sensu, quia hoc includit contradictoria. Et de isto modo videndi praecise procedit, et bene, secundum argumentum, quod secundum hoc concedendum est. |

H 265^{ab}

I 356^{va}

X 35^{va}
Bad. 582^G

QUAESTIO 11

UTRUM HOMO GENERATUS A VIRO ET MULIERE, SI ASSUMERETUR IN
UNITATE PERSONAE A FILIO DEI, ESSET FILIUS VIRI ILLIUS

Sequuntur quaesita pertinentia ad hominem viatorem nondum
5 beatum. Et erat unum pertinens ad opus naturae atque alia plura pertinentia ad opus moris. Illud unum erat utrum homo generatus a viro et muliere, si assumeretur in unitate personae a Filio Dei, esset filius viri illius.

Et arguitur quod non, quia non est aliquis filius alterius a quo nihil
L 240^{va} habet. Sic generatus nihil habet a viro illo, | quia neque materiam, quia XVI^o libro De animalibus illam in generatione ministrat sola
S 254^{vb} mulier; neque formam, quia non animam intellectualem, | illam enim solus Deus ministrat per creationem; nec formam aliquam corporeitatis, quia illa in sic generato a Spiritu Sancto formaretur sicut fuit formata in
15 Christo; nec dispositiones aliquas, quia omnes dispositiones manentes in generato sequuntur formam substantialem, praecedentes autem illam corrumpuntur illa adveniente; quare cum forma substantialis, scilicet

QUODLIBET XV

anima intellectualis non sit ab ipso, nec dispositiones quae illam sequuntur. Ergo etc. |

C 203vb

Contra. Qua ratione Maria fuit vera mater Christi, eadem ratione et mulier ista istius generati, et qua ratione mulier ista foret mater istius vera, eadem ratione esset vir iste verus pater istius. Ergo etc. |

20

Bad. 582rd

<SOLUTIO>

Dico supponendo quod Filius Dei quamcumque humanam naturam assumere semper potuit et adhuc potest, et in hora seu momento assumptionis mundare ipsam aut semen de quo generatur a morbida dispositione per quam a corpore humano anima, cum illi coniungitur, contrahit originale crimen, et hoc mundando ipsam a tali dispositione et ab ipso originali simul, si post unionem animae cum corpore assumatur in personalitate Filii Dei humana natura prius subsistens | in personalitate propria, quam statim amittit in assumptione ad personalitatem Filii Dei, aut mundando semen de quo generatur et corpus eius formatur a sola dicta dispositione, priusquam ipsa anima intellectiva uniatur aut in ipsa originale contrahatur, et hoc sive ipsum semen fuisset decisum a muliere sola absque coitu viri, sicut contingit in conceptione Christi de virgine Maria, sive ipsum semen fuisset decisum a viro et muliere simul in eorum coitu, de quali semine generatus supponitur ille de quo proposita est quaestio.

25

30

G 262th

35

Ad quam respondens dico quod ille sic generatus et assumptus foret vere filius illius viri, sicut et illius mulieris, et esset ille vir vere pater illius, sicut et illa mulier esset vere mater eiusdem, et hoc quemadmodum Maria fuit vere mater Christi et Christus vere filius illius. Et ita possibile <esset> | active Deo et passive humanae naturae, quantum est ex natura rei, assumere in personam Filii Dei humanam naturam, sive postquam fuit sub originali in propria personalitate, sive priusquam fuit sub originali; et hoc sive secundum corpus generata fuit ex solo semine mulieris absque coitu viri, sive ex semine utriusque per coitum, sive quocumque alio modo possibili natura humana in esse processerit, licet maior sit congruentia Filium Dei assumere humanam naturam de sola femina absque coitu viri et sit temporaliter Filius secundum humanam naturam solius matris, sicut et aeternaliter est Filius solius Patris secundum divinam naturam, | quam ipsum assumere humanam naturam de coitu viri et mulieris simul et esset temporaliter secundum naturam humanam filius patris temporalis et aeternaliter secundum naturam divinam Filius Patris aeterni; et hoc quemadmodum

40

H 265^{va}

45

50

I 356^{vb}

55

magis congruebat quod solus Filius Dei de homine nasceretur et humanam naturam sibi assumeret quam Pater aut Spiritus Sanctus, ut dictum est iam supra in quaestione quarta in fine.

<AD ARGUMENTA>

- Bad. 582^{rl} Secundum dicta ergo concedenda est secunda ratio. |
- L 240^{vb} Ad primam in oppositum, quod ille sic assumptus | non potest dici filius viri nec vir pater illius, quia nihil habuisset ab eo, dico quod hoc falsum est. Et quod ad hoc probandum arguitur, quod non haberet
- s 255^{ra} ab illo materiam, quia illam sola mater ministrat, | dico quod, licet ita
- 65 esset, hoc tamen non obstante potuit vir dici pater illius, quemadmodum illo non obstante ceteri generati non assumpti bene dicuntur filii virorum et viri ipsorum patres, cum tamen non plus pater agit in generatione ceterorum quam in generatione istius, nec iste minus habet a viro quam ceteri. Sed non est ita, quod scilicet sola mater
- 70 ministrat materiam generationis, immo etiam vir. Generatio enim propagationis non fit nisi ex aliquo mixto ex semine viri et mulieris, secundum quod de generatione muli ex equo et asina dicit PHILOSOPHUS VII^o Metaphysicae quod est similis ex simili. Licet enim mulus non sit similis omnino in specie equo aut asino, tamen
- 75 generatur mulus ex aliquo commixto ex semine utriusque, quod est quodam modo mulus, ut exponit ibi COMMENTATOR; nunc autem in tali generatione quodam modo aequivoca non plus ministrat mas generans quam in generatione pure univoca ex mare et femina eiusdem speciei. Et
- x 35^{vb} quod dicit PHILOSOPHUS, quod sola mulier | ministrans materiam, hoc
- 80 non intelligitur quoad generationem, sed solummodo quoad generati nutritionem. Illa enim ex solo sanguine menstrui est, qui convertitur in lac, ex quo nutritus est fetus iam natus ex utero, sicut pullus generatus ex ovi albumine, quod ministrat gallina, simul et ex semine galli nutritur ex vitello, quod ministrat sola gallina. |
- Bad. 582^{rk} 85 Quod ulterius arguitur, quod non haberet ab eo formam, dico quod verum est de forma completiva, quae est anima rationalis, ut bene
- c 204^{ra} probat argumentum, | sed non est verum de forma corporeitatis, quae est in materia dispositiva ad animae rationalis susceptionem, prout in aliis Quodlibetis declaravimus aliquando. Ista enim non minus in
- 90 isto generato generari potuit active virtute seminis viri, quam generata fuit in corpore Christi virtute seminis Mariae, et etiam in aliis generatis
- H 265^{vb} virtute seminis matrum suarum, | quia vis seminis viri magis est naturaliter activa in generatione prolis quam vis seminis mulieris, etiamsi

in semine mulieris sit vis activa et generativa. Illi enim qui dicunt quod
 in generatione sola mulier ministrat materiam ad generationem fetus, 95
 etiam dicunt quod solus vir ministrat agens, et quod semen mulieris est
 passivum et non activum, semen vero viri activum et non passivum,
 quod non puto esse verum. Non enim mulier dicitur mater geniti ex sola
 materiae ministratione, sed etiam ex actu generationis. Non enim virgo 100
 Maria dicitur solummodo mater Christi, quia materiam ministravit ex
 qua opere Spiritus Sancti formatum est corpus Christi, sed | quia Bad. 582^{rk}
 assistente opere Spiritus Sancti ipsa vere et naturaliter Christum
 secundum formam corpoream de semine suo generavit. | Bad. 582^{rl}

Quod ergo assumitur in argumento, quod in assumpto forma
 corporeitatis formatur opere Spiritus Sancti, dico quod verum est 105
 quando assumptus generatur secundum naturam assumptam ex sola
 muliere, sicut Christus fuit generatus; sed tamen non ex solo opere
 Spiritus Sancti, licet principaliter ex illo, et hoc quoad duo. Quorum
 unum est quod supplebat illud quod virtus seminis virilis nata fuisset
 operari in generatione ex semine mulieris. Aliud vero est | quod subito I 357^a
 in hora conceptus | seminis generatio in Christo perfecta est, quod non L 241^a
 potuit fieri opere solius naturae. | Si autem assumptus secundum S 255^{ab}
 formam corporalem generatus esset ex coitu viri et mulieris, sicut in
 proposito, non oporteret quod opere spiritali Spiritus Sancti forma illa
 formaretur, sed sufficeret semen viri et mulieris. Unde si Maria 115
 aestimasset se cognituram virum, angelo nuntianti conceptum Filii Dei,
 illa numquam dixisset: «*Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*»
 Scivisset enim quod solo opere naturae ex viri semine hominem
 assumendum, secundum carnem generare et concipere potuisset per
 successum temporis generationi aptum, de quo in quaestione sequenti 120
 de conceptu Mariae erit sermo, licet subito in instanti conceptus seminis
 non potuit sine opere Spiritus Sancti ex semine concepto per coitum
 assumptus | generari. A cuius tamen generatione, si sic subito esset G 262^{ra}
 generatus, non excluderetur actio viri; immo ipsa fuisset cooperata
 virtuti Spiritus Sancti, sicut cooperata fuit virtus Mariae in formatione 125
 corporis Christi, licet in hac generatione cooperata etiam fuisset virtus
 matris, quam non supplevisset Spiritus Sanctus, sicut supplevit in
 formatione corporis Christi quod operata fuisset virtus seminis viri,
 quae ibi non fuit cooperata, si tamen ille, quomodo solus est Christus,
 generari potuit secundum corpus ex semine coitus viri et mulieris, 130
 etiamsi homo assumendus generari potest naturaliter ex virtute seminis
 viri et mulieris absque speciali cooperatione Spiritus Sancti. Et
 quocumque modo in hoc res se habeat, propter dictam cooperationem
 viri in generati assumpti de quo est quaestio, vir dici debuit esse verus

- 135 pater illius, non minus quam beata Virgo vera mater Christi, et haberet ille duos patres, unum temporalem secundum naturam humanam, alterum aeternum secundum naturam divinam, quod bene possibile est secundum naturam rei, licet non tantum congruat, sicut dictum est.
- Si tamen dicat aliquis quod *possibili posito in esse nullum sequitur*
- 140 *inconueniens*, si ergo possibile est secundum dicta transilire proprietates in
H 266^a divinis personis, | posito ergo quod transilient, nullum sequitur inconueniens, hoc autem falsum est, quia quod transilient non congruit tantum, sicut quod non transilient, non congruens autem est inconueniens, quod non potest poni in divinis, quia secundum
- 145 ANSELMUM mininum inconueniens in divinis est maximum impossibile, dico quod differt dicere aliquid non congruere simpliciter et absolute, et non tantum congruere quantum aliquid aliud. Non congruens simpliciter et absolute non potest esse in divinis, nec etiam a Deo possibile est fieri in creaturis, quia quaecumque a Deo sunt secundum
- 150 APOSTOLUM ordinata sunt; quaecumque autem ordinata sunt, congruunt. Unde quaecumque sunt possibilia fieri a Deo, etsi non congruunt secundum unum ordinem facta, congruunt tamen facta
C 204^b secundum alium, sicut | etiam de malis | quae permittit fieri. Ipse enim,
X 36^a ut dicit AUGUSTINUS in *Enchiridion*, mala fieri non permetteret
- 155 nisi illa ordinare posset et de malis bona elicere. Minus etiam congruens respective, scilicet etiam in comparatione ad magis congruens, impossibile est esse in divinis intra ex parte naturae divinae. Nihil enim potest esse in illis nisi summe congruens. Minus enim congruum ponere in divinis secundum se est inconueniens et maximum impossibile. Hoc
- 160 tamen bene possibile est ponere in divinis in ordine ad creaturam extra et ex parte naturae creatae, puta quod Deus Pater esset incarnatus et secundum divinam naturam esset Pater Verbi ab aeterno, et secundum
- L 241^b humanam | naturam assumptam esset filius matris ex tempore. Est
S 255^{va} etiam bene possibile a Deo fieri minus congruum in creaturis, | et hoc
- 165 respectu alicuius partis seu aliquarum partium universi, quale illud erat
I 357^b in evangelio | de caeco nato, nequaquam autem respectu totius universi, quia nihil contingit in parte universi quin decorum sit et congruum universo. Unde minus congruum secundum unum ordinem universo secundum alium ordinem esset magis congruum, puta redemptio
- 170 humani generis alio modo quam per incarnationem et passionem Filii Dei, qui potuit fieri et magis congrue secundum alium ordinem; cum tamen secundum ordinem universi quem Deus modo instituit, nullus alius esset ita congruus. Hinc dicit PLATO in *I° Timaei*: «*Nihil fit ortum cuius non legitima causa et ratio praecedat. Operi porro formam dat opifex suus.*
- 175 *Optimus erat; ab optimo porro invidia longe relegata est. Itaque consequenter cuncta*

QUODLIBET XV

sui similia, prout cuiusque natura capax esse beatitudinis potuit, effici voluit. Volens siquidem Deus bona cuncta provenire, nullius porro mali, prout eorum quae nascuntur natura fert, reliquit propaginem, redegit in ordinem». |

Bad. 582^{vm}

Quod vero ultimo proponitur in argumento, quod assumptus praedictus a viro non potuit aliquam habere dispositionem, dico quod 180
falsum est. Licet enim forma substantialis, quae est anima intellectualis, non sit ab ipso, et ideo nec dispositiones, si quae per se sequuntur illam, ut assumit argumentum, est tamen ab ipso forma corporeitatis, et per illam omnes dispositiones sive quae eam sequuntur sub ratione esse terminati sive quae eam praecedunt sub ratione esse interminati. Nec est 185
verum universaliter assumptum in argumento, scilicet quod in generatione dispositiones praecedentes omnes corrumpuntur, forma substantiali generata. Hoc enim non est verum nisi de contrariis dispositionibus aut incongruentibus illi. Omnes enim congruentes manent secundum essentiam suam, quia sunt communes generato et 190
corrupto secundum esse suum interminatum, et generantur solummodo de novo | secundum esse terminatum, quo congruunt formae generatae, et corrumpuntur secundum esse terminatum, quo congruebant corrupto. |

H 266^b

Bad. 583^r

QUAESTIO 12

UTRUM MAGISTER VEL SCHOLARIS QUI TENETUR AD HORAS
CANONICAS, SI DIMITTAT ILLAS DICERE UNO DIE PROPTER STUDIUM ET
LECTIONES EX PROPOSITO ET SPE RECUPERANDI ET DICENDI ILLAS
ALIO DIE, PECCET MORTALITER

5

Sequuntur quaesita pertinentia ad hominem viatorem quoad opus moris. Et erat unum pertinens ad opus vitii seu peccati et quattuor alia pertinentia ad opus virtutis sive gratiae. Illud unum erat utrum magister vel scholaris qui tenetur ad horas canonicas, si dimittat illas dicere uno die propter studium et lectiones ex proposito et spe recuperandi et 10
dicendi illas alio die, peccet mortaliter.

Et arguitur quod sic, quia *facit opus Dei negligenter*. Tali autem IEREMIAS indicit prophetica maledictionem, quae non indicitur nisi pro peccato mortali. Ergo etc.

Contra. Non est peccatum mortale nisi *aversio a bono incommutabili*. 15
Iste autem ab illo non avertitur, quia manet in voluntate bona explendi illud quod omittit. Ergo etc. |

Bad. 583^{rn}

<SOLUTIO>

Dico supponendo illa quae quaestio supponit quod talis magister
20 vel scholaris, aut dimittit dicere horas cessante legitimo impedimento
L 241^{va} dicendi illas die illo, aut obvianti legitimo | impedimento. Si primo
modo, dico quod crassa atque supina esset negligentia, et ideo peccaret
S 255^{vb} mortaliter, prout bene procedit prima ratio. | Si secundo modo, in quo
quaestio habet bonam dubitationem, utrum scilicet occupatio in studio
25 et lectionibus possit esse legitimum impedimentum non dicendi horas,
quale est quandoque gravis infirmitas, et est dicendum ad hoc et per hoc
respondendum ad principalem quaestionem quod in scholari vel
I 357^{va} magistro illo aut est tanta necessitas | studii vel lectionis quod instante |
C 204^{va} tempore debito dicendi horas non posset vacare per aliquod spatium
30 residuum diei illius horis dicendis postpositis studio et lectionibus
absque magno discrimine aut scandalo superveniente ex dimissione
G 262^{vb} studii et lectionum ad | tempus; aut non est illi tanta necessitas studii
aut lectionum quin absque magno discrimine aut scandalo superveniente
ex tali lectionum et studii dimissione posset vacare horis dicendis. Si
35 primo modo, distingo, quia aut potuit praevenire dicendo horas
priusquam sic artaretur ad studium vel lectiones ut oporteret eum illo
die dimittere horas dicere aut discrimen vel scandalum permittere
X 36^{vb} provenire; | aut non potuit dicto modo praevenire. Si autem sic, tunc
quod non praevenit contingit ei, aut quia non potuit praevidere
40 rationabili coniectura quod praeveniendum esset; aut potuit praevidere
sed non fecit. Si primo istorum duorum modorum, videlicet si sit
necessitas studii vel lectionis ut in primo membro distinctionis
principalis, et potuit praevenire dicendo horas, ut in primo membro
primae subdistinctionis, sed non praevenit quia non potuit rationabili
45 coniectura praevidere quod praeveniendum esset, ut dicit primum
membrum secundae subdistinctionis, aut etiamsi nequaquam potuit
dicto modo praevenire, ut dicit secundum membrum primae
subdistinctionis, dico quod cum omittere horas debitas dicere de genere
peccatum sit et similiter de genere peccatum sit dimittere discrimen aut
H 266^{va} scandalum supervenire, cum illis quis possit | facto suo obviare et
impedire ne proveniret, in his duobus casibus incidit homini perplexitas
aliqualis, ut homines, secundum quod dicit GREGORIUS XXXV^o
Moralium cap.^o 24^o, «*si forte peccatum effugere appetant, hoc sine alio peccati*
laqueo non evadant». In quo casu faciendum est illud quod consulit
55 concilium Toletanum VIII^o et habetur Decretorum, dist.^e 1^a cap.^o
1^o, ubi sic loquitur: «*Duo mala, licet omnino cautissime sunt praecavenda, tamen*

si periculi necessitas unum ex his perpetrare compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem levius ex his, quidve gravius sit, purae rationis acumine intelligemus». Idem consulit GREGORIUS, ubi supra, dicens: «Cum mens inter minora et maxima peccata astringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum ambitu undique ne fugiat clauditur, ibi se in fugam praecipitat, ubi brevior murus ingeritur». Sic ergo in casu | nostro comparanda sunt duo dicta de genere peccati opera, et acumine rationis perpendendum est quid illorum est maius peccatum pro tempore et loco. Quod si maius peccatum esset dimittere discrimen aut scandalum illud supervenire quam horas omittere, dico quod non peccat omnino horas omitiendo dicere, immo peccaret illas dicendo, et discrimini aut scandalo non occurendo, | non in dicendo horas, sed in non occurendo discrimini aut scandalo. In tali enim casu semper illud quod pro tempore et loco esset minoris peccati, si non occurreret necessitas vitandi maius, amittit rationem peccati, et perplexitas ad peccandum nihil est nisi secundum erroneam opinionem stultorum. Unde super dicto verbo GREGORII «sine alio peccati laqueo non evadant», quod habetur distinctione praedicta in cap.^o ‘Nervi’ dicit G l o s s a ibidem: «Secundum opinionem eorum stultam semper intelligas». Item super illo verbo concilii Toletani ‘Duo mala’ etc. dicit G l o s s a : «Intellige quantum ad fatuam | opinionem illius qui se credit perplexum». Non enim utrumque illorum malum est, licet ille opinetur utrumque malum esse. | Est tamen utrumque, quantum est de se, de genere malorum. Propter quod etiam dicuntur secundum veram opinionem ‘Duo mala’; et secundum GREGORIUM utrumque illorum dicitur ‘peccati laqueus’. Et est alia expositio illorum dictorum et secundum hoc etiam intelligendum est illud quod dicit GREGORIUS in fine illius capituli ‘Nervi’: «Itaque plerumque nervorum Behemoth perplexitas solvitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur». Si vero discrimen aut scandalum dictum superveniens | tam modicum esset quod maius peccatum esset horas omittere quam discrimen aut scandalum permittere provenire, dico quod peccaret horas omitiendo, sed secundum maius et minus, secundum quod maiori vel minori discrimini occurrendo illas omitteret. Quanto enim discrimen illud aut scandalum esset maius, tanto omitiendo horas peccaret minus, dum tamen maius peccatum esset omittere horas quam illud discrimen aut scandalum permittere provenire, ita quod tam modicum posset esse scandalum aut discrimen quod omittere horas esset peccatum mortale. Verumtamen | quia non tantum obligatur quisque ad horas dicendas aut generaliter ad aliqua ad quae obligatur ex sola consuetudine aut edicto Ecclesiae, sicut obligatur ad horas dicendas, quantum obligatur ad custodiam divinorum

60

L 241^{vb}

65

S 256^{ra}

70

75

I 357^{vb}Bad. 583^{ro}

80

85

C 204^{vb}

90

H 266^{vb}

95

- mandatorum, de quorum numero est occurrere discrimini aut scandalo — in illis enim omittendis posset | Ecclesia dispensare, licet non in istis;
 Bad. 583^o
 100 et iuxta illud quod dicit Toletanum concilium, ubi supra, dum horas omittimus et peccamus, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamur; cum vero discrimen aut scandalum provenire permittimus, et Dei iussa contemnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsi crudeli mortis gladio trucidamus; illic enim duplici
 X 36^{va} telo culparum perimimur, hic | triplici iugulamur; quod, ut dicit ibi Glossa, ideo dicit quod «hic tria offendimus, ibi duo, et est hoc argumentum quod qui plures offendit plus peccat» —, verumtamen, inquam, quia non tantum obligatur quisque ad horas dicendas, quantum obligatur ad praeveniendum proximi discrimen aut scandalum, idcirco
 L 242^{ra} dico quod vix posset | esse tantillum discrimen aut scandalum, nisi forte esset solummodo veniale peccatum illi non occurrere quod omittere horas dicere aut peccatum mortale aut etiam veniale, quia non avertit se a bono incommutabili, ut dicitur in secundo argumento, quod bene procedit quoad hoc in istis duobus casibus, licet non bene probet quod non | avertitur a bono incommutabili per hoc quod manet in voluntate bona explendi illud quod omittit, ut iam videbatur.
 S 256th
 Si vero, ut dicit secundum membrum principalis distinctionis, non sit tanta necessitas studii aut lectionum quin absque discrimine et scandalo saltem magno superveniente ex tali lectionum aut studii
 G 263^{ra} dimissione posset vacare horis dicendis; aut si potuit praevenire | dicendo horas, ut dicit primum membrum primae subdistinctionis, et praevidere rationabili coniectura quod praeveniendum esset, sed non praevenit nec praevidit, ut dicit secundum membrum secundae subdistinctionis, in his duobus casibus credo quod mortaliter peccaret, si
 125 tamen sub poena peccati mortalis obligaret edictum seu consuetudo de
 I 358^{ra} horis dicendis, quia in utroque casu negligens est omittendo dicere | horas debitas. Nec est hic distinguendum de negligentia simplici et crassa seu supina, quae posset habere locum in dicendo horas tepide aut truncate aut intempestive, quia omnis negligentia in omittendo id ad
 130 quod quis obligatur sub poena peccati mortalis crassa est et supina, de qua loquitur IEREMIAS in primo argumento, quod bene procedit in istis duobus casibus. Quali modo quilibet obligatur ad custodiam divinorum mandatorum, licet non teneatur aliquis tantam diligentiam adhibere ad horas dicendas, quantam tenetur adhibere ad explendum divina
 135 mandata, quia, ut dictum est, non tantum obligatur ad illas quantum ad haec, ita quod aliquanta diligentia faciens opera mandatorum Dei reputaretur facere illa negligenter et peccaret mortaliter, tanta tamen diligentia dicens horas non reputaretur illas dicere negligenter et non

QUODLIBET XV

peccaret omnino; aut si aliquo modo reputaretur illas | dicere H 267^a
negligenter, non tamen propter hoc peccaret mortaliter, etsi forte 140
venialiter, sicut negando dicere horas omnino et facere divina mandata
ex aequali negligentia minus peccaret in non dicendo horas quam in non
faciendo divina mandata. | C 205^a
Bad. 583^{vP}

<AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo, quod ille qui omittit dicere horas 145
debitas ex proposito et spe recuperandi et dicendi illas die sequenti *«facit
opus Dei negligentem»*, dico quod ista quattuor differunt, videlicet facere
opus Dei, puta horas dicere, providenter, prudenter, negligentem,
malignanter.

Providenter enim facit opus Dei in dicendo horas qui rationabili 150
coniectura, providendo occupationem diei futuram in negotiis
necessariis seu utilibus, maxime ad publicum aut proximi profectum
pertinentibus, praeveniendo tempus consuetum et ordinatum dicendi
horas, horas dicit, infra tamen praecinctum unius diei naturalis. Hoc
enim licitum est, prout in alio Q u o l i b e t determinavi alias. 155

Prudenter autem facit opus Dei in horis dicendo qui nulla alia
rationabili occupatione detentus horis | debitis diei singulis singulas L 242^b
horas dicit.

Negligenter vero dicit horas qui nulla rationabili occupatione
impeditus dicit singulas horas, sed aut tepide aut truncate aut 160
praepostere. Et est maius delictum incidente negligentia in his tribus
simul quam si in duobus aut uno tantum; et iterum maius si in duobus
ex illis quam si in unico tantum; et iterum | maius delictum est si sic S 256^a
dicantur horae horis indebitis quam si debitis, quod etiam esset per se
negligenter dicere, etsi nullus illorum trium modorum negligentiae 165
concurreret; et cum hoc esset maius delictum si dicerentur altero die, ut
in casu propositae quaestionis. Et universaliter quilibet modorum
negligentiae in horis dicendis tanto est maius delictum quanto fit maiori
contemptu et maiori libidine circa ea circa quae quis occupatur, et
secundum hoc aliquando est delictum veniale, et aliquando potest esse 170
delictum mortale. Sed hoc tantummodo in duobus casibus iam expositis
quoad casum quaestionis propositae. In primis enim duobus casibus
omittere dicere horas debitas non est negligentiae sed prudentiae, quia
operi meliori insistitur secundum praedicta, etiamsi quis in illis casibus
omittat dicere horas debitas | absque omni proposito et spe recuperandi X 36^{vb}
et dicendi illas in die sequenti. Tale enim propositum non est

QUAESTIO 12

necessarium ad hoc quod sine peccato omittat dicere horas in die debito, si nulla necessitas occurreret. Si tamen tale propositum adsit, augeat meritum, sicut maioris meriti esset pia et discreta devotione bis dicere singulas horas quam semel. Et sic tale propositum et horarum recuperatio die sequenti meritum addit. Sed illarum | omissio in illis
180 I 358^{rb}
Bad. 583^vQ duobus casibus peccatum non apponit. |

Ad secundum quod est in contrarium, quod «sic omittens horas dicere non avertitur a bono incommutabili», dico quod immo in casu
185 propositae quaestionis et in duobus ultimis casibus dictarum distinctionum, in quibus peccaret mortaliter secundum praedicta, sicut et in casibus in quibus negligendo peccaret venialiter a bono incommutabili se divertens. In duobus autem primis casibus dictarum
Bad. 5884^q distinctionum nec se divertit omnino nec avertit a bono |
190 incommutabili, sed directe se convertit ad illud. Et quod arguitur, quod etiam in aliis casibus non avertitur ab illo, quia «manet in bona voluntate recuperandi et implendi illud quod omittit», dico quod etsi manet | in
H 267^{rb} voluntate bona bonitate naturae aut moris incompleta, non tamen manet in bona voluntate gratiae, quia illis modis omittendo necessario
195 cadit a gratia. Si quis enim ad duo sub una poena tenetur copulative, si alterum illorum omittit, poenam incurrit. Nunc ergo postquam dictus magister aut scholaris tenetur sub poena peccati mortalis, quod supponit quaestio, ad duo sub copulatione, scilicet et ad dicendum horas et ad
dicendum singulas infra praecinctum cuiuslibet diei naturalis, licet ergo
200 proponat recuperare alio die et implere omissum, nisi alia necessitate occurrente exposita in duobus primis casibus praedictis, eo ipso quod omittit horas dicere illo die quo debuit eas dicere, incidit in peccatum
C 205^{rb} mortale, et avertitur a bono incommutabili, | sicut et ille qui alteri
L 243^{ra} obligavit se iuramento | ad solvendum illi pecuniam aliquam infra
205 spatium alicuius certae diei, et cessante legitima causa rationabili compellente ad non solvendum illa die, si infra illum diem non solverit, licet solvere eam omittat cum proposito solvendi eam illi die sequenti, mortaliter peccat, etiamsi in die sequenti eam perfecte | et benigne solvat.
S 256^{vb}

QUAESTIO 13

UTRUM CONCEPTIO VIRGINIS MARIAE SIT CELEBRANDA RATIONE
CONCEPTIONIS

Sequuntur quaesita pertinentia ad hominem viatorem quoad opus
 virtutis sive gratiae. Et erant quattuor, quorum primum erat de conceptu
 gloriosae Virginis quo virgo Maria concepta est in matre sua, utrum
 videlicet conceptio Virginis Mariae sit celebranda ratione conceptionis.
 Secundum erat de indulgentiis praelatorum, utrum scilicet tantum
 valeant quantum sonant. Tertium erat de magistrorum disputationibus,
 utrum licitum sit eis disputare de potestate praelatorum. Quartum erat
 de exercitio militum in proeliis, utrum miles irruens praevolvendo
 consortes | suos in hostium exercitum faciat opus magnanimitatis.

Circa primum arguitur quod conceptio Virginis non est celebranda
 ratione conceptionis sic. Acta circa Sanctos non sunt celebranda nisi
 propter illorum sanctitatem aut sanctificationem provenientem sanctis
 cum illis, puta natalitiae sanctorum in die mortis illorum non celebrantur
 neque sunt celebrandae nisi quia tempore illorum tales natalitiae, quibus
 nascuntur Deo et vitae aeternae, morientes mundo, sunt sanctae, eo
 quod in illis sanctificantur beatitudine gloriae aeternae. Similiter
 natalitiae quorundam sanctorum, puta Christi, Mariae matris eius,
 Ioannis Baptistae, in diebus quibus nati sunt mundo non celebrantur
 neque celebrandae sunt nisi quia ipsi sancti | nati sunt sanctificati
 antequam nati. Non enim creduntur in sua nativitate mundo ex matris
 utero aliquam specialem sanctificationem recepisse. Sed conceptio
 Virginis ratione conceptionis non fuit sancta, eo quod virgo Maria in sua
 conceptione nec sancta fuit nec sanctificata, nec secundum corpus
 conceptum nec secundum animam. Aliter enim sancta esse aut
 sanctificari in sua conceptione non potuit. Ergo etc.

Probatio assumptae quoad duas partes eius et primo quoad
 corpus, quia non fuit sancta neque sanctificata in sua conceptione
 secundum corpus sine anima nec secundum corpus cum anima. Non
 secundum corpus sine anima, | quia corpori sine anima existenti non
 potest gratia inesse, sine qua non potest alicui inesse sanctitas aut
 sanctificatio. Non secundum corpus cum anima, quia corpus cum anima
 non potest esse sanctum aut sanctificari nisi propter animam et propter
 sanctitatem aut sanctificationem animae; aliter enim corpus sine anima
 posset esse sanctum aut sanctificari. Sed in conceptione sua anima eius
 sancta esse aut sanctificari non potuit, quod erat secunda pars
 assumptae, quia secundum animam Virgo concepta fuit in peccato
 originali et erat filia irae, sicut | et ceteri. Solus enim Christus sine
 peccato originali conceptus fuit. Unde AUGUSTINUS, | exponens illud
 dictum IOANNIS BAPTISTAE «*Ecce agnus Dei*», Ioannis I^o, dicit sic
 Super Ioannem sermone 4^o: «*Omnes ex illa traduce veniunt et ex illa
 propagine de qua cantat gemens David: Ecce in iniquitate conceptus sum et in*

45 *peccatis mater mea in utero me aluit. Solus igitur ille agnus qui non sic venit. Non*
enim in iniquitate conceptus, quia non de mortalitate conceptus est. Non enim in
 S 257^{ra} *peccatis, cum mater eius in utero aluit quem Virgo | concepit, Virgo peperit. Ergo*
ecce agnus Dei. Non habet ipse traducem de Adam; carnem tantum assumpsit de
Adam, peccatum non assumpsit».

50 Et quia solus Christus agnus, eo quod solus absque iniquitate est
 conceptus, sed sanctus conceptus est et in conceptione sanctificatus,
 ideo illius solius conceptio sancta erat et celebrari debuit ratione
 conceptionis, sicut et celebratus in die annuntiationis sanctae beatae
 Virginis ab angelo dicente Lucae I^o: «*Ecce concipies in utero et paries*
 55 *filium*», qui statim conceptus erat consentiente Maria et dicente ad
 C 205^{va} angelum: «*Fiat mihi | secundum verbum tuum*». Unde sicut privilegium
 Christi solius est quod conceptus est homo sine peccato, sic privilegium
 solius Virginis matris est quod hominem sine peccato concepit, et quoad
 hoc privilegium derogaret Virgini qui diceret quod Anna mater Virginis
 60 eam sine peccato concepisset, quia hoc privilegium conferret et matri
 Virginis, quod revera faceret si quis diceret Virginem absque peccato
 conceptam fuisse, et sic hoc dicendo Virgini privilegium suum
 auferendo dehonoreret, et quoad hoc derogaret eidem dicente
 65 BERNARDO in quadam epistola: «*Hoc non est Virginem honorare sed Virgini*
derogare», quando privilegium quod solius est Virginis conceditur et
 matri illius.

Contra. Quod concessum est famulo non denegatum est matri, et
 hoc in eis quae pertinent ad honorem et dignitatem, quia mater magis
 honorificanda est et dignificanda a filio suo quam famulus eius. Sed
 70 concessum est Ioanni Baptistae, qui famulus Christi erat, quod corpus
 eius fuit sanctificatum ante animae infusionem, dicente GLOSSA
 Lucae I^o, super illo «*Spiritu Sancto replebitur adhuc ab utero matris*»:
 «*Nondum illi inerat spiritus vitae et inerat spiritus gratiae*». Ergo et concessum,
 I 358^{vb} non denegatum est Virgini matri Christi. Sed spiritus | vitae anima est,
 Bad. 584^q spiritus gratiae spiritus | sanctificans est. Virgo ergo Maria prius fuit
 secundum corpus sanctificata quam anima eius suo corpori fuit infusa.
 Quod si sic, corpori ergo mundato et sanctificato ab omni morbida
 80 dispositione anima sua fuit infusa, quia sanctificatio in illo | nihil aliud
 esse potest quam talis dispositionis amotio. Sed a tali corpore anima illa
 infusa contrahere originale peccatum non potest, nec aliter potest illud
 contrahere. Virgo ergo Maria in originali peccato secundum animam
 non fuit concepta, sed sancta. Talis autem conceptio bene celebranda
 est tamquam sancta, ut patet ex dictis in praecedente questione, et hoc
 ratione ipsius conceptionis. Ergo etc.

85 Item AUGUSTINUS dicit Contra quinque haereses,

haeresi tertia, quae est Manichaeorum, de matre Christi loquens in persona Christi: «*Si potuit | coinquinari cum ipsam facerem, et ego potui coinquinari cum ex ea fierem*». Sed Christus cum ex ea fieret, coinquinari non potuit, quia peccatum originale habere non potuit deitate unitus secundum humanitatem suam. Ergo etc.

L 243^{va}

90

<SOLUTIO>

Quaestio ista, quia non quaerit praecise utrum conceptio Virginis Mariae sit celebranda, sed quaerit sub determinatione utrum sit celebranda ratione conceptionis, ipsa videtur facere differentiam inter ponere conceptionem illius fore celebrandam simpliciter, et ponere ipsam fore celebrandam | ratione conceptionis, et hoc quasi verum indubitatum esset quod ipsa esset celebranda simpliciter, prout aliqui dicunt super eius celebratione facienda habitam fuisse divinam revelationem, et propterea Normani, in quorum territorio dicitur huiusmodi revelatio facta fuisse, prae ceteris populis illam conceptionem praecipue celebrant. Supponendo igitur cum Normanis quod conceptio Virginis sit celebranda simpliciter, restat dubium quaestionis propositae, an scilicet celebranda sit ratione conceptionis. In cuius declaratione etiam declarabitur an sit celebranda simpliciter. Et dico quod quaestio ista sub hac forma, utrum conceptio Virginis sub ratione conceptionis sit celebranda, in aequivoco proponitur, quia hac determinatione ‘ratione conceptionis’ de qua est dubitatio principaliter, an scilicet conceptio | illa celebranda sit ratione conceptionis an ratione alicuius alterius, duo diversa interrogari possunt secundum duo quae circa conceptionem possunt intelligi, scilicet conceptionis actus et conceptionis tempus, hora sive momentum. Aspiciendo enim per intellectum ad conceptionis actum, quaestio est de causa celebrandi Virginis conceptionem, scilicet an ipse actus conceptionis sit causa celebrandi festum conceptionis an aliquid aliud. Aspiciendo autem per intellectum ad tempus, horam vel momentum conceptionis, est quaestio de mensura durationis pro qua celebrari intenditur | festum conceptionis, an scilicet festum conceptionis quod a Normanis celebratur 8^o die decembris, celebrandum sit pro tempore, hora vel momento in quo facta est ipsa conceptio Virginis, an pro aliquo alio tempore, hora vel momento.

95

S 257^{rb}

100

105

G 263^{va}

110

115

X 37^{rb}

120

Et primo modo intelligendo quaestionem, dico quod causa prima et per se celebrationis | festi cuiuslibet, sive conceptionis sive nativitatis sive circumcisionis sive alicuius alterius, non est nisi sanctitas aut

C 205^{va}

sanctificatio illius de quo sive in cuius honore celebratur; non autem
 125 ipse actus conceptionis, nativitatis aut circumcisionis. Unde festum
 conceptionis Christi non celebratur, nisi quia ipse in sua conceptione
 H 268^{ra} secundum hominem est sanctificatus, neque festum nativitatis aut |
 circumcisionis eius, nisi quia sanctus erat ille qui nascebatur et
 I 359^{ra} circumcidebatur. Quia tamen propter talem sanctificationem | in
 130 conceptione Christi etiam ipsa conceptio sancta est, et propter ipsius
 sancti nati et circumcisi sanctitatem etiam ipsa nativitas et circumcisio
 eius sancta est, dico quod causa secundaria celebrationis festi
 cuiuscumque dictorum est ipse actus conceptionis, nativitatis, et
 circumcisionis, et hoc per accidens, scilicet quia sanctus est, sicut dictum
 Bad. 584^{ra} est. |

Secundum hoc ergo ad propositam quaestionem dico quod
 L 243^{vb} conceptio | Virginis celebranda est; sed hoc per se non nisi ratione
 sanctificationis quam aut in sua conceptione suscepit aut continuo vel in
 brevi susceptura erat, prout iam declarabitur. Ipsa enim Virgo in utero
 140 matris sanctificata fuisse creditur, idcirco quod sanctos aliquos in utero
 sanctificatos fuisse Scriptura Sacra testatur, ut Ioannem Baptistam, sicut
 dicitur in secundo argumento, et IEREMIAM prophetam, secundum
 quod dicitur Ieremia I^o: «*Priusquam te formarem in utero, novi te, et
 antequam exires de vulva, sanctificavi te*», licet de sanctificatione Virginis nihil
 145 exprimat Scriptura Sacra quae, ut dicit AUGUSTINUS in sermone De
 S 257^{va} assumptione eiusdem «*quaedam verius indagacionum | studiis quaerenda
 reliquit*», in qua quidem sanctificatione sua Virgo beata concepta est Deo
 et facta est filia gratiae quae prima sua conceptione qua concepta est
 Bad. 584^{rs} mundo, per peccatum originale quod in illa contraxit facta est filia irae. |
 150 Si ergo quaestio intelligatur de conceptione qua Virgo concepta est Deo,
 dico quod proculdubio conceptio eius digne celebranda est, et etiam
 ratione ipsius conceptionis, quia ipsa sancta est, et hoc propter
 sanctificationem quam Virgo in illa suscepit, et hoc quemadmodum
 celebrantur natalitiae sanctorum quibus nascuntur Deo per
 155 sanctificationem gloriae quam in illis recipiunt. Est enim spiritualiter
 loquendo sanctificatio per gratiam quasi quaedam conceptio viatoris in
 utero qua concipitur Deo, et sanctificatio per gloriam est quasi quaedam
 nativitas | ex utero qua comprehensor nascitur Deo. |
 A 265^{va}
 Bad. 584^{vt}

Si vero quaestio intelligatur de conceptione qua Virgo concepta
 160 est mundo, de qua principaliter intelligenda est, tunc distingo, quia est
 quaedam conceptio seminis et est quaedam conceptio hominis formati
 ex semine secundum formam corpoream. Si ergo quaestio intelligatur de
 conceptione seminis qua Virgo concepta est mundo in nudo semine
 deciso per coitum viri et mulieris, Annae scilicet et Ioachim parentum

suorum, dico quod licet conceptio Virginis simpliciter sit celebranda, 165
 nequaquam tamen celebranda est ratione talis conceptionis. Quia enim
 Virgo in illa nec sancta fuit nec sanctificata, eo quod in hora illius
 conceptionis nihil Virginis fuit nisi sola materia sub forma seminis, quae
 gratiae aut sanctificationis susceptiva non fuit, propter hoc nec illa 170
 conceptio sancta fuit nec celebrationis alicuius causa vel ratio. Quare
 cum dies 8^{us} | decembris, videlicet 6^o idus decembris, qua a Normanis
 festum conceptionis Virginis celebratur, erat tempus conceptionis
 Virginis in nudo semine, nequaquam ergo debent illud celebrare ratione
 illius conceptionis in cuius anniversario ipsi semper illud celebrant, et
 hoc neque secundum primum modum | neque secundum intellectum H 268^{ab}
 intelligendi quaestionem praedictos, et hoc quia ab illo die 8^o decembris
 usque ad diem nativitatis eius ex utero 8^o die, hoc est 6^o idus septembris
 fluxerunt 10 menses usuales praeter 4 dies, qui sunt regulariter tempus
 periodale partus mulierum inter conceptum seminis nudi et partum
 prolis. Sed si celebrant illud ratione conceptionis, debent intendere | L 244^{ra}
 quod ratione alicuius alterius conceptionis, ut iam videbitur. Sed ratione
 talis conceptionis secundum utrumque modum quaestionis competenter
 celebratur festum conceptionis Christi, quod vocatur festum
 annuntiationis et celebratur | 25^o die martii, videlicet 8^o kalendis aprilis, C 206^{ra}
 a quo usque ad diem nativitatis Domini, quae est 25^o die decembris, I 350^{ab}
 videlicet 8^o kalendis ianuarii, fluxerunt 39 septimanae et duo dies, quae
 sunt 10 menses usuales praeter 4 dies, computando 28 dies pro mense;
 computando autem menses lunares, in uno mense 29 dies, in alio vero
 30, sunt 9 menses et 10 dies; computando vero menses kalendarii sunt 9
 menses, nec plus nec minus. | AUGUSTINUS autem computans menses S 257^{vb}
 breviores — nescio qualem computum dierum in mense secutus —
 computat tantum 9 menses et 6 dies ut dies illos adaptet mysterio | IV^o G 263^{vb}
 De Trinitate | cap.^o 6^o sic inquit: «In aedificatione corporis dominici, X 37^{ra}
 in cuius figura templum a Iudaeis destructum triduo resuscitaturum esse dicebat,
 numerus ipse senarius pro anno positus intelligitur. Dixerunt enim: 46 annis
 aedificatum templum, et quadragesies sexies seni fiunt 276 dies. Qui numerus
 dierum complet 9 menses et 6 dies, qui tamquam 10 menses parientibus feminis
 imputantur, non quia omnes ad 6^{um} diem post 9^{um} mensem perveniunt, sed quia ipsa
 perfectio corporis Domini tot diebus ad partum perducta comperitur sicut a maioribus
 traditum suscipiens Ecclesiae custodit auctoritas. 8^o enim kalendas aprilis conceptus
 creditur quo et passus. Natus autem traditur 8^o kalendas ianuarii; ab illo ergo die
 usque ad istum computati 276 reperiuntur dies, qui senarium numerum
 quadragesies sexies habent. Quo numero annorum templum aedificatum est, quia eo
 numero senariorum dierum corpus Domini perfectum est». | Et quod ratione
 talis conceptionis in semine congruenter celebratur festum conceptionis 205

165

170

Bad. 585^{rt}H 268^{ab}L 244^{ra}C 206^{ra}I 350^{ab}

185

S 257^{vb}G 263^{vb}X 37^{ra}

195

200

Bad. 585^{rv}

205

Christi, quoad utrumque modum intelligendi quaestionem praedictos, ratio est quod in hora seu momento conceptionis seminis in utero Virginis conceptus est Christus, perfectus homo ex anima rationali et carne et perfectus Deus incarnatus, et per hoc secundum hominem sanctificatus et sanctus, propter quod conceptio illius sancta fuit.

Secus autem est de conceptu beatae Virginis in semine, quia ipsa concepta est in semine et generata more aliorum, et non statim in hora conceptionis seminis fuit homo perfecta ex anima rationali et carne, sicut nec alii, sed per temporum intervalla actione naturae ad illam perfectionem perducitur. Ut enim dicit in expositione SOMNII SCIPIONIS de republica CICERONIS «*semine semel intra formandi | hominis monetam locato hoc primum artifex natura mollitur, ut die 7^a folliculum circumdet humori ex membrana tam tenui qualis in ovo ab exteriori testa clauditur, et ita intra se claudit liquorem. | Hoc Ypocrates, qui tam fallere quam falli nescit, experimenti certus asseruit. Straton peripateticus et Diocles Caristius concepti corporis fabricam hac observatione dispensant, ut hebdomada 2^a credant guttas sanguinis in superficie folliculi apparere, 3^a demergi eas introrsum ad ipsum conceptionis humorem, 4^a humorem ipsum coagulari ut quiddam velut inter carnem et sanguinem liquida adhuc soliditate conveniat, 5^a vero fingi in ipsa substantia humoris humanam substantiam magnitudine quidem apis, sed ut in illa brevitate membra omnia et designata totius corporis lineamenta consistent. Constat quoque quotiens 5^a hebdomade fingitur designatio ista membrorum, mense 7^o maturari partum. Cum autem 9^o mense absolutio futura est, siquidem femina fabricatur, 6^a hebdomade membra | dividi, si masculus, 7^a». Ista autem membrorum divisione completa in ultimo instanti illius perficitur totius corporis organizatio et generatur forma | corporeitatis humanae atque anima rationalis creando a Deo infunditur ut actus et perfectio illius extrema, a quo in unione cum illo propter morbidam dispositionem fomitis contractam anima rationalis in eodem instanti contrahit | maculam peccati originalis et concipitur in peccato homo perfectus in forma humana formatus ex semine, et hoc 35^a die a conceptu seminis nudi si sit femina, 42^a si sit masculus, et hoc quia fortiori et ampliori digestionem maturatur mas quam femina.*

Si ergo loquamur de ista conceptione Virginis qua concepta est homo perfecta 11^a die, scilicet 3^o idus ianuarii, quae conceptio fuit eius nativitas in utero, ulterius distinguo, quia Virgo aut in illo eodem instanti quo sic concepta est mundo et originali peccato infecta simul fuit concepta Deo, etiam per gratiam sanctificationis, aut non. Si non in eodem instanti quo concepta fuit mundo in macula originali concepta est etiam Deo et in gratia sanctificationis, hoc contingere potuit dupliciter: aut quia statim in tempore continuato instanti quo in originali

concepta est mundo sanctificata est et concepta Deo, aut quia in alio
 instanti posteriori quam fuit concepta mundo concepta est Deo, et fluxit
 tempus medium inter illa duo instantia. Nec curo an longum fuit an
 breve, dum tamen sanctificata fuit in utero ante eius nativitatem ex
 utero. Si enim sanctificata fuisset in nascendo ex utero ut simul in
 nascendo ex utero mundo fuisset sanctificata et nata Deo, tunc omnino
 nulla conceptio eius ratione conceptionis qua in utero concepta est
 mundo deberet celebrari, sicut etiam nativitas eius ex utero ratione talis
 nativitatis nequaquam celebrari debuisset, si in peccato originali nata
 fuisset sicut fuit concepta, et post nativitatem | eius ex utero fuisset
 sanctificata. | Quod autem Virgo simul in eodem | instanti | quo
 concepta est | mundo et originali peccato infecta concepta sit Deo et in
 gratia sanctificata, hoc omnino est impossibile, quia contraria sunt
 originalis culpa et sanctificationis gratia, et simul fuissent in eodem
 subiecto; contraria autem in eodem instanti simplici secundum rem non
 possunt inesse eidem subiecto.

Quod tamen | originalis culpa et sanctificationis gratia simul sint
 seu esse habeant quodam modo in eodem instanti, etsi non in eodem
 subiecto, pro illo eodem instanti, hoc non est omnino impossibile. De
 esse enim formarum contrariorum distinguitur secundum duplicem
 considerationem quam habet quaelibet talium formarum. Uno enim
 modo consideratur in ordine sive in comparatione ad agentem a quo
 producit in esse et a quo habet suum esse. Alio autem modo
 consideratur in ordine seu comparatione ad subiectum recipiens in se
 eam et in quo habet suum esse. | Considerando autem primo modo
 formam et esse eius secundum primam comparationem, scilicet in
 ordine ad agentem producentem illam, semper in formis contrariis sibi
 succedentibus forma posterior habet esse prius natura quam
 corrumpatur prior, quia prior non corrumpitur nec a subiecto suo
 expellitur nisi per actionem formae alterius introductae posterius in
 idem subiectum, et hoc ratione contrarietatis quam habet ad illam, qua
 sese non compatiuntur in eodem subiecto, et etiam ratione maioris
 virtutis et efficaciae quam illa forma habet in agendo super minorem |
 virtutem et efficaciam quam forma alia habet in | patiando et
 resistendo, dicente PHILOSOPHO in libro De motibus
 animalium: «Est aliqua multitudo vigoris et virtutis secundum quam manet
 quod manet, quemadmodum et secundum quam movet movens et est quaedam
 proportio ex necessitate, quemadmodum et contrariorum motuum, sic et quietum. Et
 aequales quidem impassibiles ab invicem, obtinetur autem secundum excessum. Sicut
 enim pellens pellit, sic pulsum pellitur similiter secundum virtutem». Nihil autem
 agit nisi habens esse, quia actus secundus, cuiusmodi est agere,

250

255

Bad. 585^v

Bad. 585^x

X 37^{vb}

H 268^{vb}

A 265^{vb}

260

L 244^{va}

265

270

G 264^{ra}

275

I 359^{vb}

S 258^{rb}

285

necessario praesupponit actum primum, qui est esse. Semper ergo
 forma corrumpens prius habet esse natura quam per illam forma ei
 290 contraria corrumpatur. Ipsa autem forma corrumpenda, antequam
 Bad. 585^y corrumpatur, habet esse in duratione praecedente suam corruptionem. |
 In illa duratione ergo necessario simul habent esse formae illae
 contrariae, licet diversimode, puta forma corrumpens in ordine ad
 agentem et producentem illam, et forma corrumpenda in ordine ad
 295 subiectum, licet, ut dictum est, nullo modo habeant esse simul in
 subiecto sive considerando ambas in ordine ad subiectum; immo
 C. 206^{va} oportet unam prius natura expelli a subiecto per suam | corruptionem
 quam alteram, scilicet corrumpens et expellens ipsam, a subiecto per
 suam generationem in eodem subiecto recipiatur. Semper enim prioris
 300 exitus a subiecto dispositive posterioris operatur ingressum, sicut et
 expulsio vitii virtutis operatur ingressum secundum beatum
 GREGORIUM. Et sic secundum diversa genera causae uno modo
 corruptio et non esse in subiecto unius formae praecedat esse alterius,
 alio modo sequitur illud: praecedat enim esse illius in quantum habet
 A 266^{ra} esse in subiecto, et sequitur esse illius in quantum | est ab efficiente, et
 hoc quemadmodum, ut alias determinavi, creatio, quae est vera et
 realiter mutatio quaedam in ordine ad creantem et efficientem causam,
 natura prior est causato, in ordine vero ad subiectum suum et causam
 materialem posterius est illo, quia ut in subiecto non habet esse nisi in
 H 269^{ra} causato. Quia igitur, ut expositum est iam, culpa originalis | et gratia
 sanctificationis, sicut nec alia contraria, nullo modo in uno et eodem
 L 244^{ab} instanti possunt esse simul in eodem subiecto, neque fuisse | in Virgine
 Maria, necessario ergo gratiam sanctificationis in se recepit ut in
 subiecto, aut statim in tempore continuato illi instanti indivisibili quo in
 315 culpa originali concepta est mundo, aut in alio instanti post fluxum
 temporis, sive longioris sive brevioris, inter Virginis conceptum in culpa
 Bad. 585^{yz} originali et eius sanctificationem. |

Et dico ad quaestionem quod conceptio Virginis ratione
 conceptionis, rationem conceptionis intelligendo quoad conceptionis
 320 actum, nequaquam celebranda est, quia actus ille conceptionis sanctus
 non fuit, eo quod in instanti conceptionis ipsa non potuit sanctificari
 neque esse sancta, immo fuit vitiosus pro quanto ipsa fuit concepta in
 vitio. Intelligendo autem rationem conceptionis quoad instans
 conceptionis, et similiter intelligendo actum sanctificationis et etiam
 325 ipsam gratiam qua fit sanctificatio, ut habent esse in sanctificato sicut in
 subiecto, dico quod adhuc Virginis conceptio nequaquam est celebranda
 ratione conceptionis; et hoc quia in instanti conceptionis non fuit
 sanctificata sive sancta, et ratione conceptionis quoad instans

conceptionis celebranda non esset nisi illud instans esset et conceptionis
et sanctificationis simul, quia, ut iam dictum est supra, causa primaria 330
celebrationis conceptionis, natiuitatis aut alicuius | talium, non est nisi S 258^{ra}
sanctitas aut sanctificatio personae conceptae aut nascentis a cuius
sanctitate aut sanctificatione ipse conceptus sanctus diceretur aut
natiuitas aut instans conceptus vel natiuitatis. | I 360^{ra}

Intelligendo | vero rationem conceptionis quoad conceptionis
instans et actum atque gratiam sanctificationis, ut habent esse a
sanctificante, dico quod si Virgo Maria statim in continuo tempore post
instans suae conceptionis in culpa originali fuit sanctificata, bene
celebranda est conceptio Virginis ratione ipsius conceptionis, et hoc
quia, ut dictum est, in instanti conceptionis in culpa originali, ut ab 340
agente et in ordine ad ipsum habebant esse gratia et actus
sanctificationis recipiendi in Virgine, ut in subiecto, statim post illud
instans. Unde etiam celebranda est in die in quo fuit instans illud ipsius
conceptionis, aut alio die pro illo instanti, aut die illo in quo facta fuit,
sed hoc non per se ratione qua erat instans conceptionis, quia conceptio 345
Virginis non erat miraculosa, sed pure naturalis virtute seminum maris
et feminae, immo ratione qua erat instans sanctificationis ut facta est in
illo in ordine ad agentem, licet non in ordine ad subiectum, sicut dictum
est. Unde conceptio Christi bene celebranda est ratione conceptionis
quoad instans conceptionis ratione qua erat instans conceptionis, non 350
solum quia idem erat etiam instans suae sanctificationis secundum
hominem, sed etiam quia sua conceptio fuit miraculosa virtute Spiritus
Sancti. Si vero tempus | fluxit inter Virginis conceptum et eius
sanctificationem, dico quod Virginis conceptio nequaquam celebranda
est ratione conceptionis qua concepta est mundo, et hoc neque quoad 355
actum conceptionis, quia ille non fuit sanctus, neque quoad instans |
conceptionis, quia in illo non est facta ipsa sanctificatio, neque in
tempore continuato | illi, ut in illo instanti prius natura, etsi non
duratione, facta sit dicta sanctificatio ut habet esse a sanctificante, quam
eadem sanctificatio | habeat esse in sanctificato ut in subiecto. | Sed si
conceptio Virginis qua sic concepta est mundo sit celebranda, hoc
solummodo est ratione eius sanctificationis futurae et conceptionis qua
concipienda erat Deo, ut secundum hoc celebrando conceptionis festum
reverentia exhibeatur personae eius propter dignitatem sanctificationis
ad | quam praedestinata erat a Deo, et hoc quemadmodum | reverentia
adhibetur personae Filii regis primogeniti, non tam ratione stirpis regalis
a qua descendit, sed quia regiam dignitatem exspectat obtinere. Sed quia
haec in facto consistunt de quo Scriptura Sacra nihil, sancti autem
doctores modicum loquuntur, an scilicet Virgo Maria sanctificata fuit

I 360^{ra}X 38^{ra}

340

345

350

Bad. 586^{cz}

355

H 269thL 245^{ra}C 206thBad. 586^{ra}G 264thA 266th

- 370 statim post instans suae conceptionis, ut non nisi per instans indivisibile infecta fuit peccato originali, an post aliquod temporis intervallum, et in toto illo tempore intervallo fuit in originali. Super his nihil temere pronuntiandum est, quia, ut dicit AUGUSTINUS in sermone De Virginis assumptione, «*tanto quae magna sunt cautius tractanda existunt, quanto specialius auctoritatum testimoniis non possunt ad liquidum roborari*». Unde quod ibidem dicit de Mariae assumptione in gloria, hoc idem dico hic de eius sanctificatione in gratia: «*Quid ergo de Mariae sanctificatione dicendum est, unde divina | Scriptura non commemorat, nisi quaerendum ratione quid consentiat veritati fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua necesse est nec valeat auctoritas?*» | Circa Mariae autem sanctificationem in gratia, maxime consentit veritatis excellentius in puris creaturis esse potest. Sicut enim, ut dicit ANSELMUS De conceptu virginali et peccato originali, «*decens erat ut ea puritate qua maior sub Deo nequit esse intelligi, illa Virgo nitere*», sic decens ut eam tali puritate, quanto citius fieri posset, praeveniret. | Hoc enim indicium fuit summi amoris quem Deus habebat ad Virginem, dicente AUGUSTINO in sermone quo supra: Ostendit ipse prius amorem quem habuit erga Virginem et amorem quo nullum putamus esse maiorem. | Et constat quod maioris amoris indicium sive maius indicium magni amoris fuit eam dotare cito et quam citius dotari potuit quam diutius exspectare. Si ergo sanctificari potuit et mundari a peccato ut non per instans sive momentum in macula peccati originalis fuerit, recta ratione determinante, ut mihi videtur, hoc pie sentiri potest.
- Sed quid est? Fuitne possibile secundum naturam Virginem vere sicut ceteros puros homines in instanti quo concepta est homo ex semine secundum corpus et anima illi est unita peccatum originale contraxisse et in illo non nisi per illud instans permansisse? Et videtur mihi quod hoc bene possibile est sicut et in aliis dispositionibus quae acquiruntur per subitas mutationes, quae sunt termini motuum quorundam et amittuntur | per motus alios, inter quos motus mediae sunt dictae mutationes, et ipsa mutata esse in instantibus mensurantibus | dictas mutationes in quibus sunt sub illis dispositionibus, et in motibus circumstantibus non sunt sub illis. |
- Talem autem mutationem contingit mediam esse inter duos motus dupliciter: uno modo inter duos motus | qui sunt partes unius motus simplicis, alio modo inter duos motus contrarios. Primo modo secundum quamdam demonstrationem PHILOSOPHI VIII^o Physicorum: omne continue motum in quolibet instanti signato sui transitus est in spatio sibi aequali sic quod per partem motus praecedentem in fine eius mutatum est in illud et per partem motus

sequentem in principio eius mutatum est ab illo, et est mutatio una
 secundum rem et in uno instanti secundum rem differenti solum
 secundum esse et rationem, ut est finis temporis mensurantis motum
 praecedentem et principium temporis mensurantis motum sequentem.
 Secundo modo, cum faba movetur superius motu violento et obviet
 fortius moto, puta lapidi molari descendenti naturaliter inferius, in
 contactu lapidis subito in instanti mutata est in spatium sibi aequale per
 motum eius violentum sursum, et in eodem instanti ipsa faba mutatur
 ab illo per motum naturalem lapidis deorsum fabam impellentem, ut
 non sit possibile eam in illo spatio sibi aequali quiescere, sicut quiesceret
 si sibi relinqueretur. Secundum aliam quandam demonstrationem |
 PHILOSOPHI in eodem VIII^o: nec esse aut manere nisi per instans
 medium inter tempora illorum motuum, in quo tamen spatio est per
 illud instans secundum veritatem, nec fuit in tempore praecedenti nec
 tempore sequenti, et est illud instans *«signum commune utriusque temporis, et*
primo et posteriori, et idem et unum numero, ratione autem non idem», ut dicit
 PHILOSOPHUS in eodem VIII^o. Quod si spatium illud sibi aequale et
 totum residuum spatii sursum obscurum esset et tenebrosum, | et
 totum residuum spatii deorsum esset clarum et illuminatum, superficies
 fabae superior in illo instanti in quo esset in spatio sibi aequali esset
 obscura, et in toto tempore sui ascensus fuisset clara et illuminata, et
 similiter in toto tempore sui descensus. Et valet, sicut mihi videtur, hoc
 exemplum secundum ad nostrum propositum.

Forma enim corporea humana | in conceptu hominis ex semine,
 die 35^o vel 42^o a conceptu nudi seminis in primo instanti suae |
 generationis ex semine habet esse, quae per totum tempus praecedens
 habuerit non esse, et in eodem instanti corpus humanum compositum
 ex materia et forma corporeitatis habet esse infestum morbida
 dispositione contracta a generantibus in semine, qua necesse habet
 anima rationalis tali corpori unita ut actus et perfectio eius contrahere
 peccatum originale, quae in eodem instanti creatur in corpore et ei dicto
 modo unitur, atque per hoc ab illo maculam peccati originalis contrahit,
 quasi per motum violentum ab inferiori, eo quod talis macula naturae
 humanae innaturalis est et toto tempore praecedenti non habebat illam
 maculam, quia nec habebat esse nec in Virgine habuit per tempus
 sequens, ut aestimo, congruere dignitati Virginis, | sicut et possibile |
 est secundum naturam, ita quod non nisi in transitu et in instanti fuerit
 in peccato originali, quod scilicet peccatum originale in illo instanti |
 simul habuit | esse primo et ultimo, sed secundum aliud et aliud signum
 illius instantis; quia ut erat terminus temporis praeteriti, in illo habebat
 esse primo mutatione subita in termino motus praecedentis, ut vero

illud instans erat initium temporis sequentis, in illo habuit esse ultimo
per sequentem impulsionem motus gratiae, velut a superiori in tempore
sequenti expellentem illam. Non enim mutatione contraria praedictae
455 expellebatur in ultimo signo, sicut expulsa fuisset faba a spatio sibi
aequali mutatione contraria illi qua intravit spatium, quae fuisset initium
motus sui naturalis deorsum, si in spatio illo post motum suum
violentum quievisset. Sic ergo videtur mihi possibile fuisse quod
460 quemadmodum faba mota ab inferiori in instanti medio inter duo
tempora per mutationem in fine motus praecedentis, sicut solent fieri
subitae mutationes naturales, nec aliter natae sunt fieri secundum
PHILOSOPHUM in VII^o P H Y S I C O R U M , intrat spatium sibi aequale et
non nisi per illud instans habet esse in illo et non per aliquam
465 mutationem, sed solum per motum a superiori exit illud et manet extra
in toto tempore sequenti, ut non sit ponere primum tempus vel instans
sui exitus et non esse in illo, sicut nec formae, quae naturaliter
corrumpitur per suum contrarium, est ponere ultimum tempus vel
instans sui esse; sic autem anima Virginis quasi mota ab inferiori in sua
470 unione cum corpore a corpore illo in instanti quo illi unita est, contraxit
originale peccatum, et erat immunda quia de immundo concepta semine
et obtenebrata, sed non nisi per illud instans. A qua immunditia et
tenebra mundata fuit et illuminata, quasi per modum gratiae desursum
venientis, cuius esse in subiecto non erat ponere primum instans, sed
475 totum tempus sequens, sicut contingit universaliter de dispositionibus
mansivis praecedentibus et sequentibus dispositiones transeuntes, et
solummodo per instans in esse persistentes. Si enim aliquis punctus aeris
per tempus praeteritum fuisset illuminatus et similiter per tempus
S 259^{ab} futurum, si in solo instanti medio per aliquod | obstaculum fuisset
A 266^{vb} obscuratus, non esset ponere ultimum | temporis instans illuminationis
480 praecedentis neque primum illuminationis sequentis, econtra illi quod
contingit de formis contrariis mansivis: in talibus non est dare ultimum
instans esse ipsius formae corruptae neque non-esse ipsius formae
C 207^{rb} generatae sed est dare primum | instans esse formae | generatae, et
X 38^{va} non-esse formae corruptae secundum quod dicit PHILOSOPHUS VIII^o
485 P H Y S I C O R U M , loquens de talibus formis et generatione et
corruptione earum: «*Res semper est posterioris passionis*»; ubi habet alia
translatio: «*In passione autem semper est postremae passionis*». Rem autem
I 360^{vb} appellat subiectum quod transmutatur a passione in | passionem quam
dicit in instanti generationis unius et corruptione alterius esse primo in
490 instanti medio inter tempus praecedens praeteritum et sequens futurum.
Et licet gratiae desursum venientis ad Virginis sanctificationem et
emundationem a peccato originali non sit ponere primum instans esse

sui ut est in subiecto sanctificato et mundato, est tamen eidem ponere primum | instans | ut est ab ipso sanctificante, quia simul in eo instanti in quo habet esse originalis culpa, non habet esse in anima Virginis sanctificans gratia in ordine ad sanctificantem, etsi non in existentia rei, sicut natura habet ipsa gratia esse prius, ut est ab agente illam, quam ut est in subiecto, non autem in reali existentia, ut tactum est supra. |

L 245^{ab}
H 270^{aa}
495

Bad. 586^{vi}

Sed est advertendum quod hoc quod originalis culpa in anima et gratia in ordine ad agentem habent esse simul, hoc tamen est quodam ordine naturae, quia gratia, ut est emundans, non habet esse a mundante, in quantum huiusmodi, nisi praecedente immunditia, etsi non duratione et esse reali, natura tamen. Et ideo licet habeant esse simul natura in eodem instanti, hoc tamen est secundum aliud et aliud signum illius instantis. Habet enim culpa esse in illo secundum signum prius et ut illud instans est terminus temporis praeteriti, et gratia in ordine ad agentem non nisi secundum signum posterius et ut instans illud est initium temporis futuri sequentis. |

500

505

Bad. 586^{vi}

Sic igitur videtur mihi quod originale in Virgine per solum momentum instantis fuisse potuit reum, natura non repugnante, sed an ita factum sit, Deus novit, quod nec scio nec assero. Sed rationale videtur mihi et possibile secundum praedicta ita factum fuisse. Quod et mihi videtur sensisse AUGUSTINUM in quodam sermone De Virginis nativitate, ubi dicit sic: «Nostra natura ad similitudinem Dei in principio creata fuit, quatenus indesinenter ipso Deo perfrueretur, et eius gloria sine omni corruptione et mutabilitate aliquando potiretur. Hoc tamen grande bonum statim in primis hominibus perdidit, atque in huius mundi miseras infelix et praeceps ruit, in aeternas miseras decursu vitae labentis articulo multo infelicius ruitura. Transierunt multa saecula, et damnationis istius immanitas super omnes filios hominum semper est in deterius roborata. Nec enim summi sapientia Dei ullam in massa generationis humanae viam invenerit per quam, ut disposuerat, in mundum veniens, tam luctuosae perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed haec mox, ut in mundum per humanae generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute atque constantia perfecte resplenduit ut eam ipsa sapientia Dei vere dignam iudicaret, per quam in homine veniens non modo reatum primorum hominum, sed et totius mundi | peccata deleret». Idem in eodem aliquantulum supra: «Puella de propagine nata Adae, de peccatrice progenie orta, subito versa vice maledictionis Evae benedicta praedicatur super omnes mulieres». Adverte quod dicit «mox ut in mundum per humanae generationis lineam venit»; item quod dicit «subito versa vice maledictionis Evae». Et ne aliquis quod dicit «ut in mundum venit» exponat de venire per nativitatem eius ex utero etc., de virtutum | constantia quas in vita sua exercuit, specialiter exprimit aliquid de illa deorsum dicens: «Nata igitur et

510

515

520

525

S 259^{ra}

530

G 264^{ab}

L. 246^{ca} *infantiles annos exuta quam caste, quam sancte, quam Deo | digne vitam*
 535 *instruxerit ac institutam egit, quis vel cogitatu, non dico dictu, quaeat coniecturare».*
 H 270^{tb} | Et infra: «*Nimirum tenemus fide, ab omni si quid adhuc in illa peccati originalis*
 Bad. 587^{df} *seu actualis supererat, ita mundatum cor illius, ut | vere super eam Spiritus Dei*
 I 361^{na} *requiesceret ipsam, quia | voluntati Domini castissimo ac simplici corde oboedientem*
 C. 207^{va} *omni holocausto suavius acceptaret virtuteque | altissimi obumbratam, Filium Dei*
 540 *ex illa incorporare».* Nec exponat aliquis illud quod dicit AUGUSTINUS
 ‘*mox*’ et ‘*subito*’ sic: id est post tempus breve in quo fuit in originali
 peccato. Hoc enim non videtur mihi pium sentiri de Virgine, si non
 Bad. 587^{cg} potuit sustinere quod solum per momentum in originali fuerit. | Ego
 autem in praemissis de Virgine nisi quod pium ac dignum visum est
 545 sentire non potui et salvo privilegio Christi, qui solus ex semine mundo
 sine originali conceptus est homo et alitur in utero, privilegium Virginis
 super ceteros omnes homines esse sentio, quod licet in peccato originali
 concepta sit homo ex semine immundo, in illo tamen non nisi per
 momentum permansit, et ita licet in peccato concepta, non tamen alita
 Bad. 587^{ch} in peccato in utero matris fuit. | Ceteri autem omnes, etiam sanctificati,
 in utero non solum in peccato concepti, sed etiam aliti in utero per
 aliquod spatium temporis fuerunt, prout INNOCENTIUS III de Ioanne
 X 38^{vb} Baptista in sermone quodam De Virginis | annuntiatione,
 exponendo illud quod dixit Elizabeth, Lucae I^o: «*Exultavit in gaudio*
 555 *infans in utero meo*», dicit sic: «Ostendit Elizabeth se matrem prophetae,
 qui antequam nascatur et originali peccato solvatur, laetatur visitari
 Domini matrem, et hoc pro adventu eius per quem a vinculo originalis
 peccati sperabat iam absolvi». Sequitur enim continue: «Gaudet enim
 illam venisse et secum portasse per quem salus poterat esse». Et tamen
 560 hoc factum fuit *mente 6^a* post conceptum Ioannis in semine, ut legitur
 Lucae I^o, usque ad mensem ergo 6^{um} Ioannes Baptista ab hora
 conceptus eius secundum humanam formam ex semine quando
 originale contraxit, in originali permansit. Et sic Virgo Maria sicut
 ceteros ut contemplatrix praecellit in gloria ultimae remunerationis,
 565 dicente INNOCENTIO de eodem in sermone alio super «*Missus est angelus*»
 et alloquente Mariam: «Super omnem creaturam es remuneranda, super
 omnes collocanda, solo illo minor qui est etiam Deus, sic sacrata es a
 Domino ut pervenias in sedem prius traditam Lucifero, et si quid ultra
 est quod non est reservatum homini Deo», sic ceteros omnes ut viatrix
 570 praecellit in gratia primae sanctificationis.
 S 259^{vb} Sed | forsitan aliquis contra praedicta, quod Virgo non nisi in
 instanti et in transitu fuit in originali, arguet. Primo contra fore in
 originali non nisi in instanti, quia tunc macula originalis in Virgine non
 I. 246^{tb} fuisset nisi in potentia, quia si aliquid movetur ad albedinem, si statim |

cum esset in albedine moveretur ab albedine, albedo esset in eo in 575
 potentia tantum, sicut dicit COMMENTATOR VIII^o P h y s i c o r u m , ubi
 probat PHILOSOPHUS quod inter motus contrarios necesse est ponere H 270^{ra}
 quietem mediam. Et sic non | esset simpliciter verum dicere quod Virgo
 umquam fuit in peccato originali, quia quod non est nisi in potentia, non
 est. Unde ad hoc quod aliqua dispositio sit in aliquo subiecto in actu, 580
 oportet quod sit in illo per tempus aliquod, et sic peccatum originale aut
 numquam fuit simpliciter in Virgine aut fuit in illa per moram temporis.
 Sic et de faba praedicta sentiendum est, quod scilicet in illo situ spatii
 sibi aequaliter ubi obviat lapidi, non est nisi in potentia, sicut et fuit in
 quolibet sibi aequali in toto medio sive ascendendo sive descendendo, 585
 quoniam sicut non obvians lapidi ascendendo ulterius non esset in illo
 situ nisi solum in potentia, sic obvians lapidi et continuo | descendens,
 solum est | in potentia in illo situ. A 267^{ra}
 I 361^{ab}

Secundo forte arguet contra fore in peccato originali non nisi in
 transitu, quod hoc solum dicitur de motu qui non est nisi in transitu, eo 590
 quod non est forma permanens aut privatio manens.

Item, si illa macula fuerit in Virgine in aliquo instanti, si
 corrumpatur vel desinat esse, oportet quod in alio instanti corrumpatur,
 ita quod instans in quo primo fuit et instans in quo corrumpitur sint duo
 instantia diversa inter quae necessario sit tempus medium, in quo ipsa 595
 macula habeat esse permanens.

Ad primum, cum dicitur «si macula originalis non fuisset in
 Virgine nisi in instanti, tunc non fuisset in ea nisi in potentia», dico quod
 verum est secundum aliquem modum potentiae et secundum aliquem
 non. Quod assumitur «si non fuisset in ipsa nisi in potentia, non esset 600
 verum dicere simpliciter quod umquam fuerit in peccato originali, quia
 quod non est | nisi in potentia, non est», dico de potentia et de non-esse C 207^{ab}
 et de actu quod cum potentia non dicatur nisi respectu actus, et actus in
 quantum actus ponat esse, sicut potentia in quantum potentia ponit
 non-esse, aut ergo est potentia dicta respectu esse simpliciter, aut 605
 respectu esse determinati. Si primo modo, sic in potentia est illud quod
 est solum in potentia efficientis, qualiter fuit mundus ante eius
 creationem; aut quod cum hoc in sola potentia materiae, vel propinqua
 sicut est forma vituli in semine vituli, vel remota sicut est forma vituli in
 ligno. Et de eo quod isto modo non est nisi in potentia, verum est de 610
 illo quod non est omnino, sicut mundus non fuit priusquam crearetur;
 aut quod non est simpliciter, sicut non est illud quod non est in actu
 alicuius formae, etsi sit in potentia materiae. Et de isto modo potentiae
 et eius quod est non esse, non est verum quod illud quod non est nisi in
 instanti, non sit nisi in potentia, et ita non est, quia quod sic est in 615

G 265^{ra} potentia et quod ita non est, | nec habet esse omnino nec simpliciter, sive in tempore sive in instanti. Unde etsi macula originalis non fuit in Virgine nisi in instanti, non sequitur quod sit simpliciter verum dicere quod Virgo non fuerit in macula originali aliquando etiam in facto esse

620
Bad. 587^{vi} aliquid statim postquam esset in albedine, moveretur | ab albedine. Si vero sit potentia respectu esse determinati sive positivi, cuiusmodi est esse virtutis vel gratiae et universaliter cuiuslibet rei naturalis, sive privativi, cuiusmodi est esse peccati originalis, [quod] sic est ut potentia respectu unius actus essendi, unde est in actu respectu alterius. Quod enim | est actu semen, est in potentia | vitulus, et quod est actu nigrum, est in potentia album. Et de eo quod isto modo non est nisi in potentia, non est verum dicere quod aut omnino aut simpliciter non est, sed solummodo verum est dicere quod non est illud ad quod est in potentia, puta quod semen non | est vitulus, est tamen semen. Et quod sic est in potentia, puta nigrum, potest esse actu aliud, puta album; et hoc | non nisi in instanti, si statim postquam est in albedine, moveatur ab albedine.

Sed in proposito est ulterius distinguendum de actu. Est enim quidam actus perfectus, qui est quorumcumque in quantum habent esse
X 39^{ra} permanens; est alius actus imperfectus, | qui est quorumlibet in quantum habent esse successivum aut transitorium, ut sunt omnia quorum esse secundum aliquam dispositionem consistit in motu aut mutatione. Sunt enim motus et mutatio imperfecti; sunt etiam non nisi imperfectorum, et in quantum imperfecta sunt. Et de illis quae sunt in actu isto modo dicto, ut sunt omnia quorum esse consistit in motu aut transmutatione in quantum huiusmodi, verum est quod non sunt nisi in potentia respectu illorum quae sunt in actu primo modo dicto. Illa enim quae sunt in actu primo modo in quantum huiusmodi non tendunt in aliud ut ad aliud ad quod | sunt in potentia. Illa vero quae sunt in actu
I 361^{va} secundo modo in quantum huiusmodi semper tendunt in aliud acquirendum sibi ut ad illud ad quod sunt in potentia. Propter quod talia in quantum huiusmodi dicuntur esse non nisi in potentia, et hoc respectu alicuius actus determinati, ut ea quae moventur et transmutantur respectu eius quod per motum aut transmutationem
640 acquirunt; et talia sunt omnia quae habent esse in tempore, quia in quantum huiusmodi esse suum non habent nisi in motu et transitu successivo. Et similiter quaecumque habent esse in solo instanti, quia in quantum huiusmodi esse suum non habent nisi in transitu subito. Et isto modo pie credo quod macula originalis in Virgine non fuit nisi in
645 instanti et in potentia, sicut et hoc modo, scilicet in transitu subito, albedo esset in albo, si statim cum esset in albedine, moveretur ab

albedine, et hoc respectu albedinis mansivae per tempus. Haec enim albedo transitoria et subita esset in albo in actu respectu alterius, licet illa non sit mansiva simpliciter et absolute, ut dicit COMMENTATOR et bene. Et de eo quod sic est in potentia in aliquo, bene verum est dicere quod simpliciter sit in illo; et de eo quod sic est in potentia, non est verum dicere quod non est simpliciter, sed solummodo quod non est mansive. Unde, ut prius, etsi macula originalis non fuit in Virgine nisi in instanti, non sequitur quin Virgo aliquando fuerit in macula originali. Nec ulterius sequitur assumptum in argumento quod ut aliqua dispositio sit in aliquo subiecto in actu, oportet quod sit in illo per aliquod tempus. Hoc enim non sequitur nisi de illa quae habet esse in subiecto aliquo modo mansive, cuiusmodi secundum positionem non est macula originalis in Virgine, nec situs in spatio sibi | aequali fabae praedictae, nec etiam situs talis in quocumque sibi aequali in toto medio per totum motum, sive ascendendo sive descendendo, quia omnia talia in instanti solo habent esse in subiecto; et simpliciter habent esse in illo actu perfecto essendi, licet non mansivo, et quoad hoc in potentia. Nec intelligo minus esse in potentia fabam esse in situ sibi aequali in obiecto lapidis quam in quolibet instanti | per totum motum. |

Ad secundum quod esse in transitu non dicitur nisi de motu qui non est nisi in transitu, eo quod non est forma | manens, dico quod aliquid dicitur esse | in transitu dupliciter. Uno modo, quia de ratione essentiae suae simpliciter est quod non habet esse nisi in transitu, non autem manens et stans; sed si stet et | maneat, id est non transeat, deficit et statim non est, et sic esse in transitu non dicitur nisi de motu, tempore et mutatione et instanti, quia non sunt formae manentes, ut dicit argumentum, et bene. Alio autem modo dicitur aliquid esse in transitu quia non existit sine motu et transmutatione, sua substantia sive essentia, licet non sit de ratione eius quod non habeat esse nisi in transitu, immo de ratione eius est quod nata sit manere absque omni transitu et transmutatione ab esse in non-esse, quemadmodum corpora caelestia, quae licet moveantur secundum locum, non moventur secundum peregrinas impressiones abicientes aliquid de substantia eorum, propter quod, licet motus eorum mensuretur tempore, substantia tamen sive essentia eorum mensuratur aevo. Sic etiam post resurrectionem, cessantibus motibus corporum caelestium tempore et transmutatione elementorum et absque transitu in substantia, erunt omnia elementa et mixta aevo mensurata, quae modo propter transmutationem eorum in substantia sua ab esse in non-esse sunt in transitu et in tempore inclusa. Unde et omnia talia transitoria esse dicuntur, et de numero talium maxime sunt illa quae in solo instanti

660

665

C 208^a

670

L 246^bBad. 587^{v1}S 260^bA 267^aH 271^a

685

690

695

Bad. 587^{rk} habent esse, qualis est dicta macula originalis in Virgine. |
 I 361^{rb} Ad tertium, si macula illa fuit in Virgine | in aliquo instanti, si
 700 corrumpatur vel desinat esse, oportet quod hoc sit in alio instanti, ut sit
 tempus medium in quo habeat in illo esse macula illa, et non in solo
 instanti, dico quod hoc solummodo verum est de formis ad quarum
 generationem et corruptionem motus per se ordinantur. Illae enim
 mansivae sunt per tempus et necessario habent duo tempora: unum
 705 suae generationis in quo non sunt, appellando tempus generationis
 tempus alterationis quae per se ordinatur ad generationem unius, et
 corruptionem alterius in ultimo instanti illius in quo complete simul
 generantur et generatee sunt et primo sunt; nec est dare instans ultimum
 Bad. 588^{rk} non esse eorum in tempore | praecedenti, sed tempus tantum
 710 praecedens illud instans. Alterum vero habent tempus corruptionis suae
 G 265^{rb} in quo sunt, appellando tempus corruptionis tempus alterationis | quae
 per se ordinatur ad corruptionem unius et generationem alterius in
 ultimo instanti illius in quo complete simul corrumpuntur et corruptae
 sunt et primo non sunt; nec est dare ultimum instans esse eorum in
 715 tempore praecedenti, sed tantummodo tempus illud; aliter enim tempus
 X 39^{rb} componeretur ex instantibus. | Non autem est verum de formis ad
 quarum generationem et corruptionem motus ordinantur per accidens,
 ut sunt illae quae per subitas mutationes fiunt in finibus motuum
 alterationis, ut illuminatio medii in fine motus localis quo lucidum
 720 deducitur ad rectam oppositionem ad medium, ut determinat
 A 267^{rb} PHILOSOPHUS in VII^o Physicorum. Illae enim dispositiones |
 innovantur et variantur secundum variationem signorum medii, ad quae,
 I 247^{ra} ut ad terminum rectae oppositionis, | per motum localem, deducitur
 corpus lucidum et respicit quodlibet illorum in transitu et per instans
 725 solummodo, et ideo quodlibet illorum in transitu et per instans
 illuminatur secundum rectam oppositionem, et non respondet talibus
 formis aliqua generatio per se differens a generato esse, quod est in illo
 instanti in quo est, nec similiter aliqua corruptio per se alia a suo
 corrupto esse, quod est in tempore sequenti in quo non est; nec est
 H 271^{rb} assignare primum instans sui non-esse in tempore | illo, licet tantum
 S 260^{ra} tempus illud.
 Et per hunc modum macula in Virgine fuit in illo instanti in quo
 generata est, sed in nullo alio instanti corrupta est desinendo esse, sed in
 tempore, quia sua corruptio non habet per se causam positivam sicut
 735 habet corruptio formarum mansivarum per tempus, licet habeat causam
 positivam suae corruptionis per accidens, qualis est descensus lapidis in
 expellendo fabam ex situ suo praedicto. Accidit enim descensui lapidis
 quod obviet fabae et ipsam expellat; et similiter gratiae quod obviet in

anima maculae originali et expellat illam. Nata est enim gratia infundi
 animae etsi non esset ipsa macula, sicut lapis descendere etsi non esset 740
 in medio faba. Unde | sicut lapis obvians fabae in illo instanti in quo C 208^b
 faba intrat dictum situm suum, superficies suprema fabae et inferior
 lapidis tangunt se, et sic sunt simul in illo situ, ambo in transitu et in
 instanti unico, modo quo tangentia se nata sunt esse simul, sed lapis in 745
 transitu recto, faba autem in reflexo, et non in aliquo instanti post illud
 instans, sed in tempore sequenti, quod per illud continuatur tempore
 praecedenti, expellit lapis descendens fabam de situ illo, sicut et ille lapis
 quoad suam superficiem in illo tempore recedit ab illo eodem situ, sic
 gratia | sanctificativa Virginis, ut habet esse a sanctificante et in ordine I 362^a
 ad ipsum, obvians originali maculae in anima Virginis, in illo instanti in 750
 quo primo macula originalis intravit animam Virginis, gratia illa, ut est a
 sanctificante, simul fuerunt in illo instanti, licet non in anima ut in
 subiecto, sicut praedictum est, et non in aliquo instanti post illud
 instans, sed in tempore sequenti, quod per illud instans continuatur
 tempore praecedenti, gratia expellit maculam originalis ex anima et 755
 ipsam intravit ut subiectum in quo mansit, ut non sit ponere primum
 instans esse gratiae in anima post expulsionem originalis quod praecessit
 per solum instans, licet in aliis qui per tempus fuerunt in originali, aut in
 angelis qui numquam fuerunt in originali, potuit assignari primum
 instans esse gratiae in illis. Et anima Virginis, si non contraxisset 760
 originale ex unione sua cum corpore in illo instanti in quo fuit infecta
 originali, gratiam ut in subiecto potuit primo suscepisse. Sed postquam
 contraxit originale et in illo instanti fuit in ea, unde non erat in eodem
 susceptibilis gratiae, quia sese non compatiuntur ut sint simul in eodem,
 | sed sic solummodo sese compatiuntur ut macula dicta sit in illo A 268^a
 instanti | in anima ut in subiecto, et gratia in tempore sequenti, et sic L 247^b
 sese compatiuntur ut sint in eis quae sunt simul, modo quo VI^o
 Physicorum illa dicuntur esse *simul* quorum nullum *est medium*.
 Nullum autem medium est inter dictum instans maculae et tempus
 sequens gratiae, et hoc quemadmodum cum duae superficies duorum 770
 corporum sese tangentium in illis sunt simul et colores existentes in illis
 superficiebus sunt simul.

Propter quod, licet festum conceptionis Virginis, sive in semine
 sive ex semine, non sit celebrandum ratione conceptionis quoad actum
 conceptionis unius vel alterius neque quoad instans conceptionis in 775
 semine et quoad instans conceptionis ex semine ratione gratiae
 sanctificantis et actus sanctificationis in ordine ad sanctificantem, et ut
 habet esse ab illo, sit celebrandum secundum quod haec | omnia patent, H 271^a
 ut mihi videtur, ex supra declaratis.

S 260^{vb} Est etiam competenter celebrandum ratione conceptionis | illius
ex semine quoad tempus conceptionis, illud scilicet quod immediatum
est instanti in quo primo sic concepta est, sic quod non ante, et hoc quia
in illo tempore Virgo Maria sancta et sanctificata fuit. Et hoc modo
festum conceptionis ratione conceptionis potius celebrandum est quam
785 festum nativitatis Virginis ratione nativitatis, ideo videlicet quod in
tempore illo Virgo non solum fuit sancta, sed primo sanctificata,
tempore autem sive instanti suae nativitatis ex utero sancta fuit, sed non
tunc primo sanctificata; non creditur aliquam specialem sanctificationem
recepisse in sua nativitate, licet specialem credatur recepisse in sua
790 annuntiatione sibi facta in Filii Dei conceptione ex ipsa. Nunc autem
X 39^{va} sanctitas habita primo et primo suscepta per sanctificationem | simul in
aliquo tempore potior est ratio celebrandi festum aliquod ratione illius
temporis quam festum aliud ratione temporis in quo sanctitas est habita
simpliciter, non autem primo habita et primo recepta per
795 sanctificationem. Quare cum in dicto tempore conceptionis ex semine
G 265^{va} sanctitas simul est primo habita a Virgine et primo suscepta per |
sanctificationem ab ipsa, in tempore autem seu in instanti suae
nativitatis ex utero sanctitas prius recepta in ipsa per sanctificationem
habita et conservata est solummodo ut sit sancta nata, non autem in
800 nativitate sanctificata, propterea dico quod, licet nativitas Virginis ex
I 362^{rb} utero digne celebranda sit ratione nativitatis et quoad actum nativitatis |
Bad. 588^{vk} et | quoad instans temporis illius nativitatis, quia in illo sancta nata est,
non autem conceptio eius ex semine ratione conceptionis, neque quoad
actum conceptionis, neque quoad instans conceptionis ratione alicuius
805 gratiae vel sanctitatis tunc habitae aut receptae sanctificationis, quia nec
sancta nec in gratia concepta fuit nec in instanti conceptionis
sanctificata secundum praedicta, conceptio tamen eius ex semine ratione
C 208^{va} conceptionis | huius quoad tempus conceptionis potius et magis digne
celebrandum est quam nativitas eius ratione nativitatis sive quoad
810 instans sive quoad tempus nativitatis, et hoc quia in illo tempore non
solum sancta fuit, quia primo sancta et sanctificata, sed in tempore
nativitatis sancta simpliciter, non tamen primo sancta aut sanctificata
nec aliqua specialiori <sanctificatione> creditur amplius fuisse
sanctificata.

L 247^{va} Si tamen | ita sit, super quo nihil asserere intendo, quia in solo
facto consistit nec Scriptura super hoc aliquid certi exprimit nec ratio
quam viderim sufficienti probabilitate convincit, modo ergo exposito
concedo festum conceptionis esse celebrandum ratione conceptionis, et
alio modo non, secundum quem procedit prima ratio, et bene. Ratione
820 enim conceptionis quoad actum conceptionis et quoad instans aliquod

conceptionis illius non est conceptio Virginis penitus celebranda, quia
neque secundum corpus neque secundum animam fuit sancta in instanti
suae conceptionis, neque in illo fuit aut sanctificatio aut gratia in Virgine
ut in subiecto, secundum quod probat argumentum, et bene. Est tamen
bene celebranda ratione conceptionis quoad instans conceptionis ex 825
semine, quia natura, etsi non reali existentia, in illo simul cum macula
originali erant | actus sanctificationis et gratia in ordine ad H 271^{vb}
sanctificantem, et ut habuerunt esse ab illo. Est etiam celebranda digne
ratione conceptionis ex semine quoad tempus illius conceptionis, et hoc
quia in illo fuit sancta et sanctificata et concepta Deo; et primo 830
secundum animam et mediante anima secundum corpus, licet non
immediate, quod bene probat argumentum. | Bad. 588^{vl}

<AD ARGUMENTA>

Argumentum in contrarium nititur probare | quod conceptio S 261^{ra}
Virginis debeat celebrari ea ratione qua eam iam negavimus fore 835
celebrandam, scilicet ratione conceptionis quoad instans conceptionis
eius ex semine, quia sanctificata fuit ante animae rationalis infusionem
aut in semine aut in corpore humano generato ex semine in hora seu
instanti conceptionis, acsi secundum animam numquam fuisset in ea
peccatum originale. Ad quod dico secundum praedicta quod totum hoc 840
falsum est. Et quod arguitur contra hoc, quod fuit concessum Ioanni
Baptistae, quare multo fortius et Virgini, dico quod hoc etiam falsum
est. Et quod arguitur, quod immo, per illam GLOSSAM Lucae I^o:
«*Nondum ei inerat spiritus vitae, et inerat spiritus gratiae*», dico quod tam
spiritus vitae quam spiritus gratiae dupliciter dicitur inesse alicui, 845
videlicet et secundum substantiam et secundum duplicem actum ad
quem sunt spiritus vitae et gratiae, videlicet ad actum primum, qui est
esse naturae et gratiae, et ad actum secundum, qui est operari opus
naturae vel gratiae, et hoc dupliciter quoad spiritum vitae, secundum
quod a spiritu vitae procedit quidam actus qui est operari organice opera 850
sensitivae et vegetativae particulae animae, et alius qui est operari non
organice opera intelligentiae particulae. Quod ergo de Ioanne Baptista
sanctificato in utero matris suae priusquam nasceretur ex illa, scilicet
tempore quo Mariam salutavit Elizabeth, nondum illi inerat spiritus
vitae, et inerat ei spiritus gratiae, intellige hoc de spiritu vitae non quoad 855
substantiam ipsius in se, neque quoad ipsum | in ordine seu respectu ad
actum eius primum, qui est esse, neque quoad actum eius, qui est
operari opera vegetativae et sensitivae, immo his modis inerat ei natura I 362^{va}

860 prius spiritus vitae quam spiritus gratiae. Aliter enim non fuisset verum
 quod Elizabeth respondit Mariae, dicens: «*Ut audita est vox salutationis tuae*
 L 247^{vb} *in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo*». Non enim exultasset
 gaudendo etiam spiritu gratiae nisi vixisset spiritu vitae. Sed intellige |
 dictum illud de spiritu vitae quoad actum eius qui est operari opera
 intellectus intelligendo et discernendo aliqua intellectuali notitia aut
 865 aliquid volendo vel circa aliquid afficiendo secundum appetitum
 intellectualem praevia intellectuali notitia. Quoad huiusmodi enim actus
 nondum inerat ei spiritus vitae, et tamen inerat ei spiritus gratiae, cuius
 instinctu absque notitia naturali praevia movebatur gaudio cordis et
 X 39^{vb} exultatione corporis ad Christi praesentiam in utero, quasi | sperans per
 870 eius praesentiam solvi a vinculo originalis peccati, ut iam tactum est
 Bad. 588^m supra. |

Ad secundum, quod erat ad idem per AUGUSTINUM in sermone,
 C 208^{vb} quod erat Contra quinque haereses, | ubi opponens allegabat
 Augustinum dicere loquendo in persona Christi de Virgine matre eius:
 875 «*Si potuit coinquinari cum ipsam facerem, et ego potui coinquinari cum ex ea*
 fierem» etc., dico quod si talis esset littera, utique opponens propositum
 suum haberet, videlicet quod si Christus non potuit | coinquinari, cum
 H 272^{ra} in sua conceptione ex Virgine fieret, nec Virgo coinquinari potuit, cum
 ipse eam faceret ex semine secundum corporalem formam et animae
 880 infusionem, ut numquam contraxisset secundum animam crimen
 originale, sicut nec Christus. Sed littera AUGUSTINI non est talis qualem
 opponens allegavit. AUGUSTINUS enim [ut] in dicta haeresi loquitur in
 G 265^{vb} persona Filii Dei contra Manichaeum, qui Filium Dei negabat fuisse |
 verum filium hominis et veram carnem humanam ex Virgine
 S 261^{rb} assumpsisse, quia per illam maculata fuisset assumens | divinitas, sed
 quod in caelis corpus caeleste assumpsit et per Virginem traduxit illud,
 sic inquit: «*Dicit tibi Creator hominis, filius hominis: Quid est quod te movet*
in mea nativitate? Non sum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrem, de qua
nascerer, feci; ego viam meo itinere praeparavi atque mundavi. Hanc quam despicias,
 890 *Manichae, mater mea est; sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam*
facerem, potui in illa inquinari, cum ex ea nascerer. Sicut in transitu meo illius non
 Bad. 589^m *est corrupta virginitas, sic in ea ibi non est maculata maiestas*». Unde littera
 AUGUSTINI non habet in tertia persona «*si potuit inquinari*» loquendo de
 Virgine, sed in prima persona «*si potui inquinari*» etc., loquendo de sua
 895 propria persona, quasi dicat «Utrumque istorum est aequè impossibile.
 Immo sicut sine mea iniquatione eam formavi secundum corpus et
 animam, sic sine mea iniquatione quoad meam divinitatem potui de illa
 nasci, et quod amplius est, nascendo de illa corpus assumere ipsumque
 assumendo purgare, si quid morbidae dispositionis in ipso fuisset unde

anima mea originale maculam contrahere potuisset». Unde sequitur 900
 continue ubi AUGUSTINUS loquitur in sua persona: «*Si solis radius
 cloacarum sordes siccare novit, eis inquinari non novit, multo magis splendor lucis
 aeternae, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocumque radiaverit, mundare potest,
 ipse pollui non potest*». | Intellige quod similiter nec pollui potest seu
 pollutum manere assumptum ab eo. Ipsa tamen mater eius bene 905
 inquinari poterat, cum eam fecit, non ex opere suo, sed ex pollutione
 quam in semine suo parentes sui effuderant.

L 248^{ra}

QUAESTIO 14

UTRUM INDULGENTIAE PRAELATORUM TANTUM VALEANT QUANTUM
 SONANT

Circa secundum arguitur quod indulgentiae a praelatis Ecclesiae
 concessae fidelibus tantum valent eis quantum sonant, | sic. Cum duo 1362^{nb}
 aliqua se habent sicut principale et accessorium, illud quod attingit
 principale attingit et accessorium; corpus Christi verum quod assumpsit
 de Virgine et meritum passionis suae in illo se habent sicut principale et
 accessorium, quia non erat meritum passionis nisi ratione innocentiae
 corporis et immunitatis a contagio originalis. Unde ratione innocentiae 10
 dictus est agnus Dei, et ratione meriti tollere peccata mundi, dicente
 Ioanne Baptista I o a n n i s I^o: «*Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*».
 Praelati autem Ecclesiae attingunt principale, puta corpus Christi in
 sacramento ex commissione Christi, sic ut possint ipsum libere et plene
 dispensare, quando volunt, quibus volunt, et quantum volunt. Praelati 15
 ergo Ecclesiae attingunt et accessorium, puta meritum Christi ex
 commissione Christi, sic ut possint ipsis fidelibus libere et plene
 dispensare, quando volunt, quibus volunt | et quantum volunt ex eadem
 commissione. Hoc autem non esset nisi tantum valerent quantum
 sonant, quia ista dispensatio non sit nisi ex concessione indulgentiarum, 20
 quia non fiunt nisi de thesauro meriti passionis Christi et membrorum
 suorum fidelium quibus meruerunt, non sibi sed nobis, poenae
 remissionem. Et voluntatem suam super quantitate indulgentiarum
 exprimunt praelati Ecclesiae per sonum verborum quibus eas
 confirmant. Valent ergo tantum quantum sonant. |

H 272^{ab}C 209^{ra}S 261^{va}

Contra. Deus non acceptat factum dispensationis praelatorum
 Ecclesiae nisi secundum iustitiam, quia non placet ei nisi iustum, et nihil
 acceptat nisi iuxta suam complacentiam. Sed non est iustitia
 indulgentiam aequale valere inaequaliter dispositis secundum dignitatem

30 et meritum, puta magis et minus meritis seu dignius. Ergo Deus non
 acceptat factum dispensationis praelatorum Ecclesiae quo dispensant
 indulgentiam aequaliter valere his et illis. Si autem non acceptat illam
 tantum valere his et illis, non tantum valent quantum sonant, quia sic
 sonant acsi aequaliter valerent omnibus et his et illis, puta cum dicit
 X 40^{ra} praelatus | Ecclesiae: «Omnibus visitantibus talem vel talem locum,
 concedimus singulis diebus quadraginta vel centum dies indulgentiarum
 aut aliquid talium». Ergo etc.

<SOLUTIO>

Quaestionem istam de indulgentiis quantum valent, praecedunt
 40 aliae duae, scilicet an valeant et quid valeant, et ante omnes has prior est
 quaestio de indulgentia quid sit. Et sic in ista materia oportet videre ante
 omnia descriptionem indulgentiae talem, ut ex membrorum eius
 L 248^b declaratione patere possit veritas eorum quae circa illam sentienda |
 Bad. 589^{ra} sunt, si qua sint dubia, et contraria omnia solvantur. |
 45 Est autem indulgentia remissio poenae temporalis debitae peccatis
 actualibus poenitentium, ‘temporalis’ dico, non remissae in absolutione
 sacramentali facta a praelato Ecclesiae rationabiliter et ex rationabili
 causa per recompensationem de poena indebita iustorum. Et in hac
 descriptione ponitur ‘remissio’ loco generis. Est enim omnis indulgentia
 50 remissio, sed non econverso. Unde reliqua membra descriptionis sunt
 loco differentiae, quia indulgentia de qua ad praesens loquimur non est
 remissio nisi poenae, et hoc ad differentiam remissionis culpaе seu
 peccati, pro quo deberet solvi poena, quod nequaquam remitti potest a
 praelato Ecclesiae nisi mediante sacramento Ecclesiae ad hoc a Christo
 55 instituto, sed immediate solo verbo aut voluntate a solo Deo, et ita a
 Christo in quantum ipse Deus est. Est etiam indulgentia remissio
 poenae, sed non nisi temporalis, et hoc ad differentiam poenae
 aeternalis, super quam praelati Ecclesiae non habent potestatem nisi
 I 363^{ra} commutando eam in temporalem mediante sacramento | poenitentiae
 60 cum remissione peccatorum. Est etiam indulgentia remissio poenae
 temporalis, sed non nisi debitae, et hoc ad differentiam indebitae
 G 266^{ra} poenae, qualem sustinuerunt multi martyres, quae non est | remissionis
 indulgentialis materia, sed causa meritoria, ut declarabitur in ultima
 differentia posita in descriptione. Et non est poenae temporalis debitae
 65 nisi peccatis, et hoc ad differentiam poenae qua Deus punit aliquos, non
 ex culpa, quae etiam non est materia indulgentiae. Non est etiam
 H 272^{va} indulgentia | remissio poenae temporalis debitae peccatis nisi actualibus,

et hoc ad differentiam poenae debitae peccatis originalibus, quae non remittuntur nisi cum peccato in baptismo aut immediate a Deo. Non est etiam poenae temporalis debitae peccatis actualibus nisi poenitentium, et hoc ad differentiam poenae aeternalis debitae peccatis actualibus non poenitentium, quae quandoque hic incipit temporaliter et in Tartaro completur aeternaliter, et est omnino irremissibilis a praelato Ecclesiae. Est etiam indulgentia poenae talis, sed non nisi non remissae vere poenitentibus | in absolutione sacramentali, et hoc ad differentiam poenae debitae temporalis remissae illis in | absolutione sacramentali per sacerdotem, in qua aboletur sive remittitur peccati macula et commutatur poena aeterna peccatis debita in temporalem et illius temporalis poenae pars per absolutionem sacramentalem factam a sacerdote remittitur, et hoc virtute clavis sacramentalis potestatis. Cuius etiam poenae temporalis pars remittitur per meritum contritionis ipsius poenitentis, et forte tota; tanta posset esse contritio. Quod si non tota per sacramentalem absolutionem et per sacramentalem contritionem remittatur, ipse absolutus, deleta macula culpae, debitor manet poenae residuae solvendae, cuius quantitas et quoad | acerbitem et quoad durationem in tempore in unoquoque iusto poenitente apud divinam iustitiam finita et determinata | est. Et Deo eam solvere tenetur poenitens uno trium modorum, scilicet redemptione, luitione aut indulgentiae remissione: redemptione, scilicet eleemosynarum elargitione, secundum illud Danielis IV^o: «*Peccata tua eleemosynis redime*»; luitione, scilicet poenas illas in propria persona sustinendo, secundum illud Iob XX^o: «*Luet quaecumque feceris*». Ista autem solutio, quae fit luitione, dupliciter habet fieri secundum duplex forum. Quorum unum est hominis poenitentis, aliud vero Dei. Est autem forum poenitentis in praesenti vita in quo solvit satisfaciendo per poenam voluntarie assumptam absque eo quod a sacerdote sacramentaliter iniungatur aut in contritione sacramentali solvatur. Est vero forum Dei in purgatorio in quo solvit satisfaciendo per poenam a Deo inflictam. Et se habent poenae solvendae in isto duplici foro, et solvendae seu solutae per sacramentalem contritionem aut per sacramentalem per sacerdotem iniunctionem, quae potest dici solutio poenae in foro Christi hominis per ordinem in peccato, quia poena in foro Christi soluta divina reputatione cara est et pretiosa valde, quia sacramentalis; minus autem est cara et pretiosa illa quae solvitur in foro poenitentis; vilis autem et minime cara seu pretiosa est illa quae solvitur in foro Dei, quia in istis tribus foris poenis inaequalibus non solvitur nisi aequale debitum. Unde si quis non solvit totam poenam temporalem, cuius debitor est pro peccatis suis, in sacramentali contritione aut sacramentali iniunctione a

70

Bad. 589^{vN}S 261^v^b

80

C 209^{ab}L 248^{va}

90

95

100

105

X 40^{rb} sacerdote, si | vult pro poena satisfactoria unius diei in foro Christi
 110 satisfacere poena unius diei in foro poenitentis, acerbitas poenae diei
 I 363^{rb} illius | erit maior. Si etiam aliquis non solvit totam poenam dictam
 H 272^{rb} temporalem, cuius est debitor, nec in foro Christi nec in foro
 poenitentis, si oporteat illum pro poena satisfactoria unius diei in | foro
 Christi aut in foro poenitentis satisfacere poena unius diei in foro Dei,
 Bad. 589^{vo} acerbitas poenae unius diei satisfactoriae in foro Dei erit multo maior. |

De solutione autem poenae debitae per indulgentiae remissionem
 est quaestio proposita, quae remissio non fit ab homine nisi per
 potestatem super hoc illi a Deo commissam. Propter quod additur in
 descriptione indulgentiae ‘a praelatis Ecclesiae facta’; illis enim solis
 120 super hoc commissa est auctoritas sive potestas, et hoc quando
 Christus, Mat thaei XVIII^o, uni dixit pro omnibus et omnibus in
 uno: «*Quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis*». Et super isto
 articulo posito in descriptione indulgentiae praedicta mota est quaestio
 proposita: an indulgentiae praelatorum tantum valeant quantum sonant.
 125 Et tangit potestatem ipsorum in conferendis indulgentiis aut posuit
 ipsas pro libito voluntatis conferre quando volunt, quibus volunt et
 quantum volunt, prout | tangitur in primo argumento. |

S 262^{ra}
 Bad. 589^{rp} Ad cuius intellectum, quantum pertinet ad propositum, est
 advertendum quod ista tria, scilicet donatio, redditio et dispensatio,
 L 248^{vb} differunt inter se, quia donatio respicit solum | voluntarium in donante
 qualiscumque fuerit accipiens, redditio autem respicit debitum in dante
 et meritum in recipiente, dispensatio vero respicit voluntarium in
 dispensante et dignum in eo cui dispensatur. Quia autem donatio
 respicit solummodo voluntarium in donante, propterea solum ille qui
 135 plenam et liberam habet potestatem super rem conferendam potest eam
 donare, hoc est dare absque culpa sua et omni iniuria alterius
 quibuscumque indifferenter dignis et indignis, bene meritis et male
 meritis, modo quo «*Deus solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit
 super iustos et iniustos*», ut dicitur Ma t thaei V^o. Si igitur praelati talem
 140 haberent potestatem super indulgentiis conferendis, tunc certum esset
 penitus quod tantum valerent quantum sonant, quia tantas conferrent
 cuique quantas vellent, et sic tantum cuique valerent quantum vellent,
 etiamsi non subesset rationalis causa conferendi indulgentias tales. Sed
 quod talem potestatem Christus concesserit praelatis Ecclesiae super
 C 209^{va} collatione bonorum Ecclesiae sive temporalium | sive spiritualium, ut
 scilicet absque rationabili causa et absque culpa eorum conferre possint
 illa pro voluntate eorum maxime male meritis et indignis, non est
 verisimile, quia hoc vergeret non in Ecclesiae aedificationem sed potius
 G 266^{rb} in eius destructionem et esset contrarium illi quod | APOSTOLUS

instruendo Corinthios super potestatem praelatorum Ecclesiae sibi et
 aliis a Deo concessae; dicit enim Ad Corinthios X^o: «*Quam dedit
 Dominus in aedificationem, et non in destructionem vestram*». Ubi dicit
 Glossa: «*Id est, ut nos aedificemus in virtutibus, non ut prava doctrina vel
 exemplo corrumpamus*». Unde sicut praelati non habent potestatem
 corrumpendi impune et absque peccato suos subditos prava doctrina,
 secundum illud II^{ae} Ad Corinthios XIII^o: «*Non possumus aliquid
 adversus veritatem, sed pro veritate*», sic non habent potestatem corrumpendi
 illos impune et absque peccato, pravo exemplo operis, quale esset prava
 administratio bonorum et spiritualium et temporalium Ecclesiae. | Unde
 super illud I^{ae} <Ad> Corinthios III^o: «*Omnia vestra sunt, nos autem
 et Christi, Christus autem Dei*», Glossa: «*Nam et vita et mors doctorum ad
 aedificationem subditorum | esse debent. Hoc ideo dicit Apostolus ut sicut haec
 nostro iudicio concessa sunt et subiecta, ita et nos Christo subiciamur. Christus
 autem Dei Patris proprius est Filius faciens eius voluntatem, ut et nos faciamus
 ipsius*». Nunc autem voluntas Christi non est nisi bona administratio
 bonorum Ecclesiae, quam facere habet in persona Christi praelatus
 Ecclesiae, et facere eam debet pro posse suo, sicut Christus eam faceret
 si praesens esset, ut iam inferius dicitur.

Quia vero redditio respicit | debitum in dante et meritum in
 recipiente, propter quod sibi quidquam conferendum est, meritum dico
 vel ipso acquisito in opere praeterito, de quo nihil ad praesens, vel
 acquirendo in opere futuro atque promisso, quod valet ad propositum,
 eo quod indulgentiae non conceduntur nec concedi debent nisi pro
 aliquo pio opere exercendo; aliter enim pro mera voluntate conferentis
 conferrentur contra iam declarata.

Dicunt igitur | aliqui quod indulgentiarum concessio est quaedam
 praemii redditio pro bono opere exercendo et pollicito, et quod
 indulgentiae non valent quantum sonant nisi habito respectu ad
 meritum operis secundum aequalitatem meriti | in opere et praemii in
 indulgentiarum retributione, ut ideo non plus valeant indulgentiae quam
 vir bonus secundum rectam regulam iustitiae iudicare debeat eas valere,
 et hoc habito respectu ad meritum cuiusdam cui dantur et valorem ad
 executionem operis pro quo dantur; et sic compensatis indulgentiis
 uniuscuiusque secundum meritum suum et valorem, ut secundum hoc
 aliquis indulgentias | consequatur in toto et ei similiter valeant quantum
 sonant, et aliquis in parte sed secundum plus et minus, secundum quod
 plus et minus meretur in opere et perficit ad operis executionem; et ei
 non valeant quantum sonant nisi proportionaliter operi, nec possint ei
 tantum valere simpliciter quantum sonant, quia, ut dicunt, aliter absque
 causa rationabili viderentur fieri, quia scilicet ipsis indulgentiis non fieret

150

155

H 273^{ra}

160

I 363^{va}

165

Bad. 590^{rp}

170

175

L 249^{va}S 262^{rb}

180

X 40^{va}

190

debita recompensatio in opere. Et sic dicunt quod illis solis tantum valent quantum sonant, qui tanta fide, devotione et opere ad indulgentias promerendas se exhibent, quanti pretii vel valoris sunt ipsae indulgentiae, et quod Ecclesia quadam pia fraude praedicat illas cunctis
195 valere plus quam valeant multis, ut sic illos saltem ad aliquid de indulgentiis alliciat.

Sed hoc ultimum dictum, scilicet Ecclesiam uti quocumque mendacio, perniciosum est valde, sicut hoc esset perniciosum dicere de Sacra Scriptura. Non enim minor est auctoritas Ecclesiae in agilibus
200 quam Ecclesiae in credibilibus. Unde simile dicendum est de auctoritate Ecclesiae illi quod de auctoritate Scripturae dicit AUGUSTINUS in I^a epistola Ad Hieronymum: «Admisso semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula manebit, quae non, ut cuique videbitur, vel ad mores difficilis vel ad fidem incredibili». Sed quod
205 indulgentiae aliquae diversis diversimode possint valere secundum diversitatem meritorum, certe bene posset esse ita in indulgentiis collatis in opere indeterminato | secundum quantitatem | a praelato, puta quod
H 273^{ab}
C 209^{ab}
L 249^{ab}
210 centum dies indulgentiarum haberet quicumque ad fabricam alicuius ecclesiae | piam conferret eleemosynam, et maxime si praelatus intenderet et exprimeret verbis quod ille qui conferret secundum facultatem haberet illas indulgentias in totum, qui vero offerret citra facultatem suam haberet illas non in totum, sed partem illarum, et hoc
I 363^{ab}
datum est secundum vires facultatum suarum.

Et etiam bene posset ita esse in opere determinato secundum quantitatem ad percipiendum totam indulgentiam, maxime si praelatus exprimeret casus in quibus vellet et intenderet quod totas perciperet, et in quibus vellet et intenderet quod non nisi partem secundum exigentiam impensi operis, secundum quod exprimit Nicolaus
220 Papa IV in quibusdam litteris suis generalibus per quas ad subventionem Terrae Sanctae post subversionem novissimam civitatis Acconensis universos Christicolae exhortatur, quae sic incipit: «*Illuminet Dominus super vos vultum suum*». In illis enim litteris exprimit tres casus trium operum pro quibus obtinentur plenae indulgentiae, quas exprimit et determinat sic inquit: «*Ut eiusdem terrae negotium eo libentius eoque*
225 *ferventius prosequi studeatis, quo potiore fructum ex vestris laboribus vos noveritis percepturos, nos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi et illa quam nobis, licet indignis, Deus ipse*
S 262^{va}
230 *ligandi atque solvendi contulit potestatem, omnibus qui vexilli | dominici caractere insigniti personaliter propriis sumptibus in praedictae terrae sanctae subsidium proficisci curaverint plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde*

contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retributione iustorum salutis aeternae pollicemur augmentum».

Ecce primus casus, et sequitur continuo secundus et tertius: «*Eis autem qui licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint, et illis similiter, qui iuxta qualitatem et facultatem | suam personas idoneas in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadant, plenam suorum concedimus veniam peccatorum*». Intellige quoad reatum poenae debitae peccatis, non autem quoad maculam. Illa enim non est materia indulgentiae, nec peccata ratione illius, ut habitum est supra. 235
G 266^{va}

Continuo autem exprimit alios quattuor casus quattuor operum pro quibus obtinentur partialiter dictae indulgentiae, sic inquires: «*Huiusmodi quoque remissionis et indulgentiae volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum eos qui, licet non iuxta qualitatem et facultatem suam, aliquam tamen seu aliquas personas in subsidium dictae terrae propriis sumptibus destinabunt*». Ecce primus casus. Et sequuntur continuo simul secundus et tertius et quartus: «*Vel de suis bonis temporalibus contribuent ad aliquas destinandum, necnon omnes, qui ad subventionem ipsius terrae de bonis eisdem aliqua ministrabunt, prout singulis divina fuerit inspiratione suggestum, aut alias ad promotionem praesentis negotii consilium | et auxilium impenderint opportunum*». 240
245
H 273^{va}

In litteris autem suis exsecutoriis super signi crucis praedicatione exercenda quae sic incipit *terrae sanctae | miserabilem statum*, exprimit idem Papa duos alios casus | in quibus partialiter obtinentur dictae indulgentiae, quantum videlicet, cum aliqui [qui] in praedictis tribus casibus in quibus plena obtinetur indulgentia, signum crucis susceptae de consilio Ecclesiae redimerint sic inquires: «*Qui crucem susceperint in praedictae terrae subsidium vel personaliter in propriis aut alienis expensis accedere, vel iuxta qualitatem et facultatem suam bellatores seu alias personas idoneas destinare, vel | saltem si ex causis legitimis Ecclesiae opportunum fore videbitur susceptae crucis votum ad arbitrium Apostolicae Sedis seu eorum qui ad hoc fuerint deputati per ipsam, de | facultatibus suis redimere tenebuntur*. Hos autem qui taliter huiusmodi votum redimerint remissionis et indulgentiae quae transfretantibus | in subsidium ante dictum conceditur, volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii quod impendent, et eius qua hoc facient devotionis affectum». 255
I 364^{ra}
Bad. 590^{rp}
C 210^{ra}
265
Sextum, videlicet in illis praedicatoribus qui negotium crucis populo proponunt, sic inquires: «*Porro quia dignus est operarius mercede sua, in hoc divino fideliter laborantibus opere praeter mercedem aeternam, quam merito sperare potestis quotiens studueritis populis ad hoc specialiter convocatis proponere verbum crucis, centum dierum indulgentias elargimur, ac indulgentiae memoratae quae transfretantibus in subsidium supra dictum conceditur iuxta laboris mensuram volumus participatione gaudere*». 270

S 262^{vb} Et est advertendum | quod plena indulgentia in solis illis casibus
 275 obtinetur in quibus expresse conceditur, in aliis autem nequaquam, nec
 exsecutoria dicit sic: «Cum autem omnibus Christi fidelibus qui eidem terrae
 succursum impenderint opportunum unicuique secundum proprium meritum
 indulgentiam salutarem, ac maxime illis qui cruce suscepta in ipsius terrae subsidium
 280 vel personaliter ibunt vel personas idoneas iuxta qualitatem et facultatem suam
 destinabunt in propriis sumptibus, multiplicium gratiarum beneficia concedamus,
 sicut in aliis nostris litteris praelibatis serius continetur, earundem litterarum
 tenorem volumus populis Christianis frequenter et diligenter exponi. Ita, si qui,
 provide quod et beneficia supra dicta quae ipsis in terra concedimus et copiosam
 285 mercedem quae ipsis praeparatur in caelo cognoscere valeant et amare, nec tamen ex
 verbis nostris concipiant se aut plenam in casibus in quibus nequaquam conceditur
 Bad. 590^o aut maiorem quam concedatur indulgentiam promereri».

Est autem hic advertendum quod, licet dominus Papa solum sex
 exprimat casus qui pertinent ad materiam de qua scribit, in quibus non
 participatur tota indulgentia, sed percipit eam quisque partialiter et
 H 273^{vb} proportionaliter secundum laborem | suum in opere et secundum
 devotionem suam in mente, possunt tamen esse quam plurimi alii in
 diversis materiis, licet etiam in talibus casibus indulgentiae non valeant
 nisi habito respectu ad meritum et devotionem personae, sive iuxta
 I. 249^{vb} quantitatem subsidii et | devotionis affectum, prout vir bonus
 295 secundum rectam regulam iustitiae iudicare deberet. Non tamen verum
 est dicere praelatos Ecclesiae non habere ampliorem potestatem super
 indulgentiis conferendis ut valeant, nisi habito dicto respectu, ut non
 possint plus valere quam requirunt meritum operis et devotio mentis
 seu affectus, nec aliter tantum valere quantum sonant, nec universaliter
 300 possent plus concedere in indulgentiis quam Ecclesia esset receptura in
 servitiis. Si enim ita esset, tunc indulgentiae non darentur nisi ex debito
 secundum aequitatem iustitiae commutativae, non autem secundum
 aliquam gratiam, et sic indulgentia nomen indulgentiae amitteret, quia
 perciperetur ex puro debito et nequaquam ex gratia, quia secundum
 305 APOSTOLUM <Ad> Romanos 4^o: «Ei qui operatur merces non
 I 364^{ab} imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Ei vero qui | non operatur
 reputabitur secundum propositum gratiae Dei». Nomen enim indulgentiae
 implicat gratiam, et ex hoc solo indulgentia dicitur 'indulgentia' quod
 conceditur de gratia, sicut nomen debiti excludit gratiam, et includit
 310 meritum, a quo debitum habet rationem debiti cui redditur merces
 secundum illud APOSTOLI I^{ae} <Ad> Corinthios 3^o: «Unusquisque
 propriam mercedem accipiet secundum suum laborem», alius plus, alius vero
 minus, quia ut dicit II^{ae} <Ad> Corinthios 9^o: «Qui parve seminat

parve et meteb. Et sic etiam praelati diversis personis secundum
 inaequalitatem operis et subsidii atque devotionis affectum non possunt
 indulgentias aequales concedere, quod falsum est. Nam in praedictis
 tribus casibus, in quibus dominus Papa concedit aequalem indulgentiam,
 scilicet omnium peccatorum, et remissionem, et tamen opus et
 subsidium in illis est inaequale. Plus enim est transfretare in propria
 persona et in propriis expensis, minus vero est transfretare in propria
 persona et in alienis expensis; minimum enim non transfretare in
 propria persona, sed in propriis expensis mittere alium, etiam aequali
 existente devotionis affectu, qui etiam potest esse maior in maiori |
 opere. Potest etiam contingere quod pauciora peccata | ei | indulgentur
 quam aliis, quia forte pauciora commisit. |
 Sic | ergo dico quod concessio indulgentiarum mensuranda non
 est ex voluntate conferentis illas, ut tantum valeant quantum velint eas
 valere, tantas conferendo quantas conferre voluerit et sic dicendo «sic
 volo», «sic iubeo» sit pro ratione voluntas; hoc enim est contra rationem.
 Neque similiter mensuranda est ex condicione personae cui
 conceduntur, neque etiam ex aliquibus circa ipsam, quae debitum
 inducunt ad conferendum illas, quasi reddant personam dignam aut
 condignam ad recipiendum illas ex puro debito. Hoc enim est praeter
 rationem, quia est contra naturam indulgentiae. Et primum dictum, ut
 videtur, nimis extendit praelatorum potestatem in conferendis
 indulgentiis; secundum vero illam nimis attenuat.
 Et sic dico quod nec conferuntur | donatione nec redditione, sed
 dispensatione quae mediam viam tenet. Unde, quia dispensatio respicit
 voluntatem in dispensante et dignum congruitatis in eo cui fit
 dispensatio — aliter enim non esset dispensatio sed | dissipatio,
 secundum quod alias in quaestionibus de Quolibet declaravi circa
 dispensationem super aliis —, concessio igitur indulgentiarum
 dispensatione partim mensuratur secundum voluntatem conferentis
 illas, partim vero secundum meritum et debitum operis illius cui
 dispensantur, ut nec fiat concessio indulgentiarum abundans nimium,
 nec nimis diminuta, sed secundum regulam rectae rationis. Propter quod
 antepaenultima condicio sive differentia in descriptione indulgentiae est
 quod remissio in ipsa fiat rationabiliter. Et sic praelatus concedens
 indulgentias in conferendo eas non debet se reputare donatorem illarum
 nec retributorem, sed dispensatorem, dicente APOSTOLO I^{ae} < A d >
 Corinthios 3^o: «*Sic nos aestimet homo ut ministros Christi*». Ubi dicit
 Glossa: «*Deus auctor, nos coadiutores sumus, nec nimis nec minus de nobis
 arbitremur*». Et super illud quod continue sequitur in epistola: | «*Et
 dispensatores mysteriorum Dei*», dicit Glossa: «*Quia secundum modum*

315

320

G 266^{ab}S 263^{ra}C 210^{rb}Bad. 590^{rR}X 41^{ra}

330

335

H 274^{ra}L 250^{ra}

345

350

Bad. 591^{rR}

- 355 *cuiusque ministeria dividimus*». Aliter autem non esset bonus dispensator. Propter quod APOSTOLUS distinguens inter dispensatores ibi continue subdit dicens: «*Hic autem quaeritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur*», Glossa: «*Cui possit credi si bene dispense*». Ubi praemittit Glossa dicens: «*Sciendum quia non | solum boni, sed etiam mali dispensatores sunt*». |
- I 364^{va}
Bad. 591^{ts}
360 Ut autem recta ratione dispensentur indulgentiae a praelato, nec maiores nec minores quam congruat conferantur, sciendum quod praelatus in conferendo illas, ut et valere et tantum valere possint quantum sonant, ad duo debet aspicere, et secundum illa quantitatem illarum mensurare et voluntatem suam informare. | Quorum primum est
- Bad. 591^{tr}
365 ut sit urgens necessitas conferendi illas, et hoc ex parte causae propter quam sunt conferendae, secundum vero est ut sit evidens utilitas si conferantur, et hoc ex parte illorum quibus sunt conferendae. In quibus duobus salvatur intentio illorum qui thesaurum Ecclesiae spiritualem, de quo distribuuntur indulgentiae, accumulaverunt, puta sanctorum
- 370 perfectorum, qui ad honorem Dei et Ecclesiae utilitatem opera satisfactoria pro peccatis in angustiis, tribulationibus, ieiuniis, eleemosynis, et ceteris operibus misericordiae atque martyriis super quantitate poenarum eis debitarum pro suis peccatis erogaverunt, qui, ut legitur <Ad> Hebraeos 11^o, «*per fidem vicerunt regna, operati sunt |*
- S 263^{tb}
375 *iustitiam, adepti sunt repromissiones; alii autem distenti sunt. Alii vero ludibria et verbera experti sunt, insuper et vincula et carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti; quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis et in cavernis terra*».
- 380 De supererogativa enim perpeptione poenarum indebitarum ad honorem Dei et profectum universalis Ecclesiae istorum, ut
- H 274^{tb}
L 250^{tb}
385 membrorum | ipsius Ecclesiae et praecipue Christi ut capitis eiusdem, qui nullius peccati reus aut debitor existens omnia | prospera mundi contempsit et adversa sustinuit, quae contrario modo appetendo aut fugiendo omnia peccata committuntur, dicente AUGUSTINO in libro De vera religione: «*Nullum peccatum committi potest, nisi dum*
- C 210^{va}
390 *appetuntur ea quae ille contempsit aut | fugiuntur quae ille sustinuit*», thesaurus Ecclesiae de cuius distributione indulgentiae fieri possunt collectus est. Primum ergo ad quod praelatus debet aspicere in conferendo indulgentias est urgens necessitas conferendi eas, quae pertinet ad causam finalem propter quam conferendae sunt indulgentiae, quae debet movere praelatum ad indulgentias conferendas, quae quidem causa finalis est honor Dei et profectus Ecclesiae, qui sperantur consequi ex opere pro quo faciendo conferuntur indulgentiae, propter

quod paenultima condicio in descriptione indulgentiae apposita est quod remissio in indulgentia debet fieri ex rationabili causa. |

395

Bad. 591^{rV}X 41^{rb}

Secundum autem ad quod praelatus debet aspicere | in conferendo indulgentias est evidens utilitas in conferendo eas, quae pertinet ad causam materialem, cui dispensandae sunt indulgentiae, quae sunt personae illae quibus conferendae sunt indulgentiae, in quibus praelatus considerare debet priusquam conferat eis indulgentias, ut sint congruae et idoneae ad exsequendum opus pro quo indulgentiae conferuntur, et etiam ut ipsum opus sit tale per quod honor Dei et profectus Ecclesiae proveniant, ad quod exsequendum non nisi idoneis indulgentiae sunt conferendae, dicente domino NICOLAO PAPA in littera exsecutoria praedicta: *«Huiusmodi ministerium sollerter et efficaciter exsequi studeatis omnes fidei orthodoxae cultores ad tam pii negotii prosecutionem per idoneos praedicationibus crebris ac sedulis exhortando»*. Unde si aliquae indulgentiae specialiter essent dispensandae pro opere manualis conflictus, solummodo idoneis ad bellandum debent dispensari, sicut et soli idonei ad bellandum | debent eligi, et ceteris denegari, sicut a manuali conflictu deberent repelli, dicente VEGETIO libro De arte militari I^o cap.^o 8^o: *«Hoc est in quo totius rei publicae salus versatur, ut tirones non tantum corporibus, | sed et animis praestantissimi delegantur. Inventus enim cui defensio provinciarum, cui bellorum committenda est fortuna, et genere si copia suppetat et moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem reddit et verecundia dum prohibet fugere, facit esse victorem. Quid enim prodest si exerceatur ignarus, si pluribus stipendiis moretur in castris? Numquam exercitus profecit tempore cuius in probandis tironibus claudicavit electio. A magnis ergo viris magna diligentia idoneas eligi | convenit»*.

400

405

410

I 364^{3b}G 267^{ra}

415

S 263^{va}

Sed tamen qualescumque sint illi quibus indulgentiae sunt conferendae, et etiam quaecumque et quantumcumque sit magnum opus pro quo sunt conferendae, non sunt congrui seu idonei ad illud opus exsequendum ut pro illo indulgentias mereantur percipere, nisi | sint fidei et caritatis devotione inflammati, qua illis a quibus thesaurus Ecclesiae, unde indulgentiae conferuntur, sunt | coniuncti ut membra membris in corpore Ecclesiae sub capite Christo. Et quicumque tales sunt ad illud exsequendum quoquo modo utiles sunt vel corporaliter vel spiritualiter, et ideo ipsis sunt indulgentiae conferendae. Unde continue post iam dicta subdit dominus Papa dicens: *«Quod quidem venerabile signum volumus ut cunctis devote petentibus concedatis generaliter omnibus praedicantes, quod qui eandem crucem susceperint in praedictae terrae subsidium»* etc., ut iam supra habitum est, quod dominus Papa vult valde rationabiliter, quia plerumque multum proficiunt reipublicae occulti non apparentes in publico suis orationibus ac devotionibus, dicente AUGUSTINO in libro

H 274^{va}

425

L 250^{va}

430

435

De moribus Ecclesiae: «*Secretissimi penitus ab omni hominum aspectu, pane solo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, et aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhaeserunt, et eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, quae non nisi*
440 *sanctorum intelligentibus percipi potest. Videntur nonnullis res humanas plus quam oporteret deservisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit*». Et ideo pro solis orationibus talium quibus interpellant Deum pro negotii prosperatione et pro | illis qui illud exsequuntur rationabiliter indulgentiae | possunt concedi.

445 Quae quidem duo ad quae debet praelatus aspicere, ambo illorum simul referendo ad opus intentum, ut scilicet sit ex parte finis qui intenditur pietas, puta in honorem Dei et profectus Ecclesiae, et ex parte materiae, puta operantis et operis utilitas ad talem finem assequendum, sufficiens sunt causa sive ratio distribuendi indulgentias
450 maiores sive minores pro voluntate praelati dispensantis illis, et hoc aequaliter disparibus personis et inaequaliter idoneis ad operis intenti executionem. Unde in praedictis sex casibus in quibus dominus Papa concedit indulgentias particulariter, quae in aliis tribus casibus concedit universaliter, potuisset etiam concessisse illas universaliter si voluisset, et
455 aequaliter perceptae fuissent in omnibus illis casibus. Sed cum praedictis duobus supponendum est quod in conferente indulgentias sit auctoritas ex hoc quod legitime praefectus est multitudini populorum. Ex hoc
Bad. 591^x enim illa quae communia sunt multitudini habet eidem dispensare. |

Et sic in dispensatione indulgentiarum ut valeant et tantum valeant
I 365^m | quantum sonant, quattuor simul debent concurrere, videlicet pietas in fine ad quem dantur, utilitas in opere pro quo dantur, caritas in operante cui dantur, et auctoritas in dispensatore a quo dantur. Quibus concurrentibus praelati factum Deus approbat et acceptat sanctique omnes, de quorum meritis indulgentiae fiunt, quia in merendo quod aliis
465 de poenis suis indulgentiae fierent id ipsum finaliter intendebant tunc quod | praelatus nunc intendit, et per hoc praelatus vice illorum
X 41^{va} indulgentias confert et personas illorum reputat et vice | illorum facit
S 263^{vb} quod ipsi facerent si praesentes essent, ut possit | praelatus in
L 250^{vb} conferendo indulgentias dicere cum APOSTOLO illud II^{ac} < A d > |
H 274^{vb} 470 Corinthios 2^o: «*Ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi*», supple donavi, id est condonavi sive remisi aut indulsi, ubi dicit Glossa: «*Ut ratum quod donavit ostenderet apud Deum, subdit: et hoc feci 'in persona Christi', id est acsi ipse Christus condonaverit, quia nihil sine spiritu Dei agebat Apostolus*». Quod si sic condonarent praelati Ecclesiae et
475 distribuerent indulgentias dispensando, proculdubio tantum valerent quantum sonarent, singulis quibus conferuntur in caritate positus et

finem praedictum intendentibus fideque operante per dilectionem ad
 illius finis consecutionem operis iniuncti sedula exsecutione tendentibus,
 etiam non aequaliter operantibus aut subsidium conferentibus in opere
 ad finis illius consecutionem, proportionaliter tamen operantibus et
 subsidium conferentibus secundum modum congruentem sibi pro
 qualitate et facultate personarum, puta si detur indulgentia centum
 dierum offerenti pias eleemosynas secundum qualitatem et facultatem
 sui alicui fabricae, offerentibus autem non secundum qualitatem et
 facultatem iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, si pauper
 unam pictam <offerens> de sibi ad victum necessario, ita integre
 indulgentias centum dierum obtinet, ut dives qui offert unam marcam
 de suo abundanti, quasi unum solum denarium offerret, non totam illam
 indulgentiam, sed partem proportionalem quantitati subsidii et
 devotionis affectui. Sed si unum et idem opus fuerit determinatum a
 praelato, tunc quicumque illud facerit in caritate existens, aequaliter
 accipiet ceteras indulgentias statutas, et quilibet illorum totas etiam
 ceteris omnibus disparibus, puta in transfretando cum signo crucis,
 aequaliter percipient omnium peccaminum indulgentiam: rusticus
 pauper et debilis, si faciat quod in se est ad liberandum terram sanctam
 de manibus Sarracenorum, sicut et rex strenuus et dives cum forti suo
 exercitu debellans Sarracenos. Et si dentur indulgentiae visitantibus
 ecclesiam aliquam, ita integre obtinet illas veniens a propinquo et
 modicum visitando et veniens a remotis ac multum laborans, et hoc quia
 indulgentiae simpliciter concessae et determinatae a praelato non
 proportionantur aut mensurantur secundum statum aut qualitatem | aut
 meritum seu opus recipientium, sed secundum praedicta duo, ad quae
 debet praelatus aspicere in conferendo indulgentias et secundum
 beneplacitum voluntatis suae, | illis iam suppositis. |

Sed est hic advertendum quod quamvis inaequales secundum
 qualitatem operandi aut conferendi subsidium et secundum quantitatem
 operis inaequales recipiant indulgentias, non plus operantes aut amplius
 subsidium conferentes frustrantur mercede pro illo quod plus erogant
 ceteris, quia quidquid | erogans ultra id | minimum ex caritate
 procedens quo quisque secundum statum, qualitatem et facultatem
 personae suae obtinet totas indulgentias concessas pro opere aut
 subsidio determinato, totum illud quod supererogat reputatur ei a Deo
 ad cumulum meriti vitae aeternae. Non enim opus iniunctum pro
 indulgentiis obtinendis ad remissionem poenae debitae peccatis factum
 ex caritate solum valet | ad promerendum illas indulgentias, sed cum
 hoc etiam valet ad promerendum praemium essenziale vitae aeternae,
 acsi pro illa sola fieret et non pro indulgentiis. Hinc dominus Papa in

480

485

490

495

500

C 211^{ra}G 267thBad. 591^{vY}

505

I 365thL 251^{ra}

510

H 275^{ra}

littera exsecutoria praedicta praecipit praedicatoribus crucis quod
 S 264^m diligenter et frequenter exponant | populis litteram, qua exhortatur
 520 universos ad susceptionem crucis, quatenus beneficia quae pro crucis
 susceptione efficaci promittit illis in terra, puta remissionem peccatorum
 et immunitates privilegiorum et copiosam mercedem, quae etiam cum
 illis praeparatur in caelis, cognoscere valeant et amare, sicut iam habitum
 est superius. Unde et in illa littera hortatoria eisdem indulget *«plenam*
 525 *suorum peccaminum veniam»*, et insuper pollicetur *«salutis aeternae*
augmentum», ut similiter iam habitum est supra.

Quapropter si dicto modo praelatus indulgentias dispensaret,
 nemo iustum ipsum obiurgare posset tamquam abusorem potestatis
 suae ac dissipatorem, non dispensatorem, misericordiae Dei atque
 530 derogatorem iustitiae Dei, quasi ipsa Dei iustitia tolerare non posset,
 acceptando quod tantas indulgentias et tam crebras indifferenter
 omnibus etiam pro modico opere sive subsidio dispensaret, quasi
 peccata per hoc manerent impunita. Sed non est ita, quia per
 indulgentias illi qui eas suscipit nihil de poena peccatis debita sic
 535 remittitur, ut peccata alicuius quoad minimum culpa cuiusquam
 maneat impunita simpliciter, licet puniantur in illo qui peccavit, quia
 poenae aliorum reputantur illi pro suis et sibi computantur | atque
 Bad. 592^{xy} reputantur | tamquam satisfactoriae Deo pro peccatis illius loco
 X 41^{vb} poenarum propriarum, acsi debitum quod unus alicui domino debet,
 Bad. 592^z alter pro eo illi domino solveret aut illi daret de suo de quo solveret. |

Sic enim in persona Christi et sanctorum, de quorum poenis
 meritoriis supererogatis ultra poenas debitas peccatis illorum ad Dei
 honorem et Ecclesiae utilitatem fiunt indulgentiae, praelatus minister
 Ecclesiae quod unus merebatur et in poenis sustinuit alteri tribuit, ut ille
 545 de illo pro poenis sibi debitis Deo satisfaciat, aut ut praelatus ipse de illo
 quod unus merebatur et in poenis sustinuit, quod iam in potestate sua
 positum est, secundum iam dicta, pro altero Deo satisfacit, et Deus iuste
 simul et misericorditer huiusmodi satisfactionem acceptat. Et sic per
 indulgentias remittuntur poenae debitae uni per recompensationem
 factam Deo de poenis indebitis aliorum aut | alterius, ut dicit ultima
 L 251^{nb} condicio sive differentia superius posita in descriptione indulgentiae.

Si vero praelatus, non pensatis illis ad quae, ut diximus, debet
 aspicere, indulgentias distribuat, non video quomodo omnino valeant
 aut tantum valeant quantum sonant, et non sit potius dissipator
 555 bonorum spiritualium Ecclesiae quam dispensator. Hoc tamen
 determinando non assero, nec diminuere volo potestatem praelatorum
 et praecipue summi Pontificis, sed pie supponere quod praelati et

praecipue summus Pontifex indulgentias dispensant, consideratis his et pensatis quae in his conferendis debent considerari et pensari. |

H 275^{ab}
Bad. 592^{ra}
I 365^{va}
C 211^{ab}

Ut | autem aliquid in summa tenere valeamus de potestate praelatorum, sciendum quod in praelatis Ecclesiae duplex est potestas, | scilicet una sacramentalis et alia iurisdictionalis, et utraque dicitur clavis. Prima quidem dicitur ‘clavis ordinis’, quia potestatem illam non habent nisi per ordinum susceptionem. Secunda vero dicitur ‘clavis auctoritatis’ et illam habent per canonicam electionem et institutionem in ministerium ecclesiasticum. Et potestate sacramentali sive clave ordinis habent efficaciam operandi sacramentaliter et mediantibus sacramentis Ecclesiae tantum. Quorum effectus, quia sunt determinati a Deo et inditi sensibilibus elementis, scilicet rebus | et verbis, idcirco praelati tali potestate non habent potestatem operandi nisi determinatum quid, et quasi moventur secundum vim a Deo sacramentis inditam. Unde ad libitum effectum operis sui per talem potentiam taxare non possunt, nec circa sacramenta ecclesiastica quoad essentialia illis, sicut neque circa divina mandata quidquam immutare possunt. Sed si ausu temerario – quod absit! – quisquam illorum circa illa sacramenta ultra aut praeter divinitus ordinata <acceptaret>, nihil omnino esset quod ageret quoad spiritualem effectum ligandi atque solvendi. |

565

S 264^{ab}
570

575
Bad. 592^{rb}

Potestate vero auctoritatis sive clave iurisdictionis, ad quam pertinent indulgentiae et collatio beneficiorum ecclesiasticorum totusque correctionis ordo atque ecclesiastici regiminis, habent praelati efficaciam operandi civiliter, immediate et voluntarie modo liberi arbitrii, prout Deus totum ecclesiasticum regimen dispositioni eorum reliquit, circa illud modicum aut nihil determinando, et hoc in illo generali quod dictum est omnibus in Petro: «*Quodcumque solveris super terram*» etc. Licet enim nullibi in canone Biblicae specialiter scriptum sit potestatem conferendi indulgentias collatam fuisse praelatis Ecclesiae, tamen postquam in universali Ecclesia observatum est quod praelati indulgentias conferunt, firmiter credendum est quod super hoc potestatem datam a Christo aut intellectam dari in illo generali, licet non specialiter scriptam, acceperunt, et sic quod indulgentiae quas conferunt valeant. Indulgentiae, dico, datae a praelatis, quia nisi valerent, non essent indulgentiae omnino. Si quid tamen in regimine suo in Ecclesia | non recte secundum rationis et iustitiae normam disponant et non in persona Christi, id est non acsi Christus disponderet – quod absit! – et si id quod agunt efficaciam habet et ratum sit, ipsi tamen peccant.

580

585

590

G 267^{va}

595
L 251^{va}

Circa | dispositionem enim temporalium bonorum ecclesiasticorum et iurium in illis obtinendis, eo quod minor cura est Deo de illis, quidquid praelati disponunt, maxime ille qui habet

600 exsecutionem plenitudinis potestatis, etsi erret non dispensando illa
 talibus personis qualibus deberet illa dispensare, nihilominus tenet et
 ratum est quod faciunt. Nec Deus vult quod quisquam in Ecclesia illud
 retractet. Ut enim dicitur in litteris legum saecularium, *«sacrilegii instar est
 dubitare an is dignus sit quem elegerit imperator»*, sicut etiam vult quod a
 nemine retractetur quod ab ipso fuerit iudicatum, IX^a quaestione ultima
 605 ‘Sola enim’ et ceteris sequentibus usque in finem. Et hoc nisi iudicium
 illud fuerit erroneum in fide vel in praeiudicium universalis Ecclesiae, ut
 XXV^a q.^e 1^a ‘Sunt quidam’, et notatur super XI^a distinctione super
 X 42^m
 H 275^{va} capitulum | ‘Si Papa’, et I^a q.^e 7^a super capitulum ‘Nisi vigor’. |
 Et aestimant aliqui quod similiter est in dispositione seu
 610 dispensatione bonorum spiritualium Ecclesiae, cuiusmodi sunt merita
 supererogationis Christi et sanctorum, de quibus fiunt indulgentiae.
 I 365^{vb} Dicunt enim | quod simpliciter et absolute indulgentiae praelatorum
 tantum valent quantum sonant, et scribuntur sive praedicantur valere, ita
 etiam quod si praelati tam inordinate remittant poenas debitas peccatis
 615 sive indulgentias effundant, quod homines in tantum considerant de
 indulgentiis quas abundanter de facili obtinent, quod ab operibus
 poenitentiae satisfactionis et misericordiae penitus revocentur, tamen
 S 264^{va} quod remittunt remissum est apud Deum, et quod indulgent | indultum
 est, et hoc sive absque omni opere iniuncto, sive iniuncto opere
 620 minimo, quod nec vergit in honorem Dei nec in utilitatem Ecclesiae,
 puta si summus Pontifex dicat alicui: «Leva festucam de terra, et de
 C 211^{va} plenitudine potestatis nostrae relaxamus, remittimus | sive indulgemus
 tibi omnem poenam peccatis tuis debitam ad quam Deo es obligatus». Si
 Bad. 592^c ita sit, Deus novit. Ego tamen nescio | nec video quomodo aliqua
 625 indulgentiae a praelato Ecclesiae ratae possint esse aut valere, et maxime
 tantum valere quantum sonant, nisi adsit finis movens, scilicet honor
 Dei et profectus Ecclesiae, vel universalis vel alicuius particularis pro se
 aut pro aliquo eius membro, quae debent urgere praelatum ad
 conferendum indulgentias pro opere quod sic evidenter sit utile ad
 630 consequendum illum finem. Quod si non fieret honor Dei et Ecclesiae
 profectus, qui per illud curari possent, omnino deficerent, vel in Ecclesia
 universali, vel in aliqua ecclesia particulari, aut in aliquo eius membro,
 quemadmodum moderno tempore deficerent in universali Ecclesia
 honor Dei et profectus Ecclesiae universalis procurandi per Dei gratiam
 635 in passagio generali, cui dominus Papa Nicolaus in dicta littera
 exhortatoria dixit praefigendum omnibus cruce signatis et cruce
 Bad. 592^c signandis terminum, | *«festum videlicet nativitatis beati Ioannis Baptistae quod
 erit in anno Domini MCCXCIII»*, nisi pro opere transfretandi et liberandi
 terram sanctam de manibus Sarracenorum largissimae indulgentiae

conferentur | talibus qui utiles sunt ad tale opus exsequendum, et nisi
 secundum modum finis et laboris in opere rationabiliter mensuretur
 quantitas indulgentiarum, ut per hoc in illarum dispensatione concurrant
 simul gratia sive misericordia et iustitia: iustitia propter meritum operis,
 gratia propter veniam poenae debitam peccatis super mercedem
 aeternae retributionis proportionalem quantitati operis, quae principaliter
 ab operante debet attendi et exspectari ex opere quam indulgentia
 poenarum debita peccatis. Sed si talis finis adsit et secundum ipsum et
 secundum quantitatem laboris in opere rationabiliter moderentur
 indulgentiae — aliter enim finem frustrari possent per contemptum
 earum aut nimiam confidentiam in ipsis, ut dictum est —, non solum
 valent, sed tantum valent quantum sonant, et hoc omnibus in caritate
 existentibus adiuncti operis executionem laborantibus, et sic |
 aequaliter valent in aequalibus et inaequaliter laborantibus. Et
 mensurantur indulgentiae non secundum meram voluntatem conferentis
 eas, ut dicit una opinio ponentium, scilicet quod indulgentiae possint
 esse mere gratuitaes absque omni merito operis, nec etiam mensurantur
 secundum meritum operantis recipientis eas, ut dicit alia opinio
 ponentium quod indulgentiae sunt simpliciter debitae, sed mensurantur
 medio modo, scilicet secundum modum et necessitatem finis et
 quantitatem laboris in genere operis, sed aliquando principaliter |
 secundum necessitatem finis, puta quando potior honor Dei et Ecclesiae
 profectus ex minus laborioso opere sperantur, possunt pro illo
 exsequendo dari indulgentiae abundantiores quam pro alio opere magis
 laborioso, ex quo minus honor Dei et Ecclesiae profectus sperantur.
 Aliquando vero simpliciter mensurantur indulgentiae secundum
 quantitatem | laboris in genere operis, puta quando non potior honor
 Dei et Ecclesiae profectus sperantur ex opere minus laborioso,
 secundum quod dominus Papa in generali absolutione in cena Domini
 plures dies indulgentiae consuevit concedere advenientibus de partibus
 transmarinis quam aliis, et adhuc plures venientibus de ultra montes
 quam venientibus de citra montes.

Et ita secure potest dici quod indulgentiae praelatorum tantum
 valent quantum sonant et praedicantur valere, et simul concurrant ista
 quattuor, videlicet ex parte dispensantis auctoritas, ex parte recipientis
 caritas, ex parte operis utilitas, ex parte finis sive causae pietas. Et cum
 debitum poenale cuiusque unum sit et idem, et quoad durationem in
 tempore aequaliter solvendum in quocumque foro, licet multum |
 inaequaliter quoad acerbitem poenae in foro Christi et in foro
 poenitentis et in foro Dei, sicut superius est expositum, | advertendum
 credo quod cum praelatus non distinguat neque determinet indulgentias

L 251^{vb}

645

650

H 275^{vb}

655

I 366^{ra}

665

S 264^{vb}

670

675

X 42^{rb}Bad. 592rd

680

C 211^{vb} dari, puta | decem dies de iniunctis sibi poenitentiis, sed decem dies
 simpliciter, intelligitur indulgentia fieri decem dierum de poena
 purgatorii, ut per decem dies indulgentiae citius liberetur a poenis
 L 252^{ra} purgatorii quam si sine illis | indulgentiis decessisset, sicut citius
 G 267^{vb} liberetur | a purgatorio per decem dies, si hic decem dies voluntariae
 poenae peregisset, quam si non peregisset. Et hoc provenit ex magna
 Dei misericordia, qui minores poenas in duplici foro vult nos sustinere,
 et ad maiores poenas purgatorii solvendas indulgentias nobis concessas
 reservat.

690 Et puto quod praelatus per intentionem potest conferre
 indulgentias dierum poenae a sacerdote iniunctorum, puta si poenitenti
 iniunctum sit sacramentaliter per sacerdotem ieiunare centum dies,
 praelatus pensatis causis praedictis potest indulgere quadraginta dies de
 iniunctis sibi poenitentiis. Itaque si ieiunaverit alios dies usque
 695 quadraginta, non peccat ieiunium illorum omittendo. Vel potest ex
 causa omnem poenam iniunctam indulgere, sicut facit in indulgentiis
 generalibus omnium criminum, nec delinquit illam poenam iniunctam
 H 276^{ra} omittendo, sicut per inoboedientiam delinqueret | si illam omitteret
 absque indulgentia. Et cum hoc omnes dies illius poenae omissae
 700 sustinere deberet in purgatorio, si non impleret illam ex vita ista, sicut
 cum in foro Christi et in foro poenitentis non agit dies poenae cum
 acerbitate competenti aut dimittit eam agere per aliquam partem diei
 acerbitas illa omissa addetur acerbitati poenae in purgatorio. Et similiter
 portio diei omissa adiungetur diebus poenae purgatorii ut sic vel per
 705 poenas proprias vel in praesenti vel in futuro vel per indulgentias
 oportet poenitentem reddere quaecumque deliquit usque ad minimum
 inclusive, ut nihil mali culpa maneat impunitum.

<AD ARGUMENTA>

Ad argumentum pro et contra respondendum est. Argumentum
 710 enim pro parte affirmativa procedit probando indulgentias fore
 mensurandas secundum meram voluntatem conferentis eas.
 Argumentum autem pro parte negativa probat eas fore mensurandas
 I 366^{ab} secundum meritum cuiuscumque in opere, cum tamen non |
 mensurentur nisi secundum modum finis et genus operis, ut dictum
 Bad. 592^{re} est. |

Quod ergo arguitur primo, quod indulgentiae praelatorum tantum
 valent quantum sonant, quia corpus Christi principale est respectu
 meriti ipsius, sed praelati habent liberam dispensationem secundum

meram voluntatem suam corporis Christi faciendam populo, ergo et
meriti ipsius et sic indulgentiarum, quae praecipue de merito operum 720
poenaliū Christi indebitum dispensantur, | dico quod praelati quoad S 265^{ra}
hoc habent potestatem dispensandi corpus Christi, quod videlicet si sint
ordinati in sacerdotes et habeant debitam materiam consecrandi corpus
Christi, puta panem de frumento, possunt illud consecrare quando
volunt et quantum indigent fideles, sed non habent potestatem 725
consecrandi illud in alia materia. Possunt et ipsum consecratum
dispensare quando volunt et quibus volunt, bonis et malis, sed non
possunt determinare quantum eius communio debeat cuiquam illorum
valere, quia talis dependet a solo Deo et dispositione communicantis.
Nec possunt facere quod valeat et non | obsit non existenti in gratia. Et L 252^{ra}
sicut quoad aliqua praelati liberam habent dispensationem corporis
Christi et quoad aliqua non, sic et indulgentiarum iuxta modum iam
expositum, praecipue quoad indulgentiarum valorem secundum quem
sunt accessoria ad corpus Christi, ut dicit argumentum. Sicut enim non
possunt facere quod valeat corpus Christi non existenti in gratia, sic nec 735
possunt facere quod illi valeant indulgentiae. Possunt tamen plus super
indulgentias sive super merita poenarum Christi, quae sunt accessoriae
quam super corpus Christi, | quod est principale, quia possunt plures
indulgentias concedere aut pauciores, salvis praedictis quattuor, et sic
facere quod indulgentiae pro aliquo opere valeant plus vel minus, sed 740
non possunt plus quam unum corpus Christi dispensare, licet sub
pluribus speciebus panis. Nihil etiam possunt facere ut aliquibus in
eadem dispositione manentibus modo plus valeat, modo minus, licet
sub pluribus speciebus panis vel sub paucioribus possint illud aliquibus
ministrare, sicut possunt plures vel pauciores indulgentias | pro aliquo C 212^{ra}
opere aliquibus conferre, non tamen omnino sic. Eo enim quod H 276^{ab}
operantur in consecratione vi ordinis et modo naturae secundum
praedicta, in tot speciebus conferre possunt quot eis proponuntur et
consecratum populo ministrare; operantur autem in indulgentiarum
dispensatione modo liberi arbitrii secundum regulam rectae rationis 750
quae non sinit quod tantum indulgentiarum dispensare possunt
quantum velle possent absque regula | rationis, ut patet ex dictis. Et sic
non est simile de dispensatione secundum quantum corporis Christi et
indulgentiarum, si tamen tantum et in tanta quantitate et in tot speciebus
panis quantum vellent ultra usum necessarium et honestum Ecclesiae 755
corpus Christi consecrare et ministrare possent, quod aliqui negant.
Quod si illud non possunt circa corpus Christi, falsum est ergo medium
assumptum in argumento, scilicet quod possunt dispensare corpus
Christi in sacramento quantum volunt, sicut falsum est quod possunt

760 dispensare indulgentias quantum volunt absque rationabili causa, quod
Bad. 593^{df} nititur probare argumentum, sed non potest. |

Ad secundum, quod «Deus non acceptat facta praelatorum nisi
secundum iustitiam, quia non placet ei nisi iustum, non est autem iustitia
quod aequaliter valeant singulis, quod esset si passim tantum valerent
765 quantum sonant, non ergo tantum valent quantum sonant», dico quod
I 366^{va} in dispensandis indulgentiis potest considerari | iustitia dupliciter et
Bad. 593^{cg} secundum utrumque potest earum dispensatio moderari. | Est enim in
dispensandis illis quaedam iustitia consideranda qua iustum est quod
illas praelatus pro loco et tempore dispenset, ut honor Dei et profectus
770 Ecclesiae per illarum dispensationem procurentur, quia si quandoque
non pro loco et tempore illas dispensaret aut non tantas dispensaret
quod honor Dei et profectus Ecclesiae dispensando illas procurari
possent, non dispensando aut non tantas dispensando sed minores, aut
S 265^{rb} non procuraretur | aut non in tantum procuraretur, quantum si
L 252^{va} ampliores dispensaret, quod iniquum et iniustum esset, et peccaret |
praelatus non dispensans illas, aut non tantas. E contra si quandoque
pro loco et tempore illas dispensaret, aut tantas, quod honor Dei et
profectus Ecclesiae dispensando illas, aut dispensando tantas, non
procuraretur omnino, aut non maior propter maiores indulgentias,
780 vanum esset illas dispensare aut tantas dispensare atque irrationale, et
iterum peccaret praelatus in dispensando illas.

Alia autem iustitia potest considerari in dispensandis indulgentiis
qua iustum est quemquam recipere tot indulgentias quot ipse recipit, ita
quod non esset aequitas iustitiae ipsum recipere plures vel pauciores.

785 Prima iustitia semper in distribuendis indulgentiis a praelato
consideranda est et observanda, quia, ut dictum est, aliter peccaret nec
Deus factum suum acceptaret maxime quoad actionem qua ab ipso talis
dispensatio fit, licet forte aliquibus quibus dispensarentur merito
devotionis illorum valerent et sic quoad illarum receptionem Deus alias
H 276^{va} acceptaret, | sed hoc non secundum rationem qua indulgentiae sunt
indulgentiae et dona gratuita potius quam debita secundum modum
G 268^m superius determinatum; sed potius | secundum rationem qua sunt
quaedam debita iustitiae, et hoc secundum iustitiam secundo modo
dictam, quam non oportet praelatum considerare neque observare; et
795 potest, si velit, sicut quando mensurat indulgentias secundum
quantitatem laboris in genere operis, et hoc vel infinite sive in quantitate
infinite, sicut in sex casibus superius expositis; vel definite sive in
quantitate definita mensurando indulgentias, ut quando in casu iam
superius exposito mensurat indulgentias secundum quantitatem laboris
800 in genere operis, diversimode quaerentibus eas a longe et quaerentibus

illas de prope, secundum quam mensurare indulgentias sub tali
 quantitate vel sub tali, et hoc vel infinite vel definite, diversimode
 secundum diversitatem temporum, locorum et personarum esset optima
 earum dispensatio, dum tamen non minus procuraretur honor Dei et
 profectus Ecclesiae in dispensando eas diversimode secundum 805
 diversitatem temporum, locorum et personarum in dispensando illas per
 omnia aequaliter, aut in dispensando eas minores quam in dispensando
 eas maiores, quia simpliciter et absolute talis et tanta dispensatio
 indulgentiarum est optima et summe a Deo acceptatur, quali et quanta
 honor Dei maior | et maior profectus Ecclesiae valent procurari. | Et sic
 simpliciter principalior modus mensurandi dispensationem
 indulgentiarum est secundum modum finis et necessitatem eius;
 secundarius autem secundum modum operis et quantitatem laboris in
 illo. Sed non est modus iste determinatus in natura rei, sed secundum
 diversitatem causarum et temporum, locorum et personarum 815
 determinari debet secundum iudicium rectae rationis prout sapiens
 determinaret; et hoc iustum est secundum regulas iustitiae primo modo
 dictae, | quae propria est indulgentiis, licet non secundum regulas
 iustitiae | secundo modo dictae, quae repugnat indulgentiis, ut patet ex
 praedeterminatis. 820

C 212^{ab}
 Bad. 593^{rh}

I 366^{ab}
 L 252^{ab}
 820

Unde non est medium strictum sed immensae latitudinis in
 mensurando hoc modo indulgentias, et potest praelatus pro penitus uno
 et eodem negotio bene secundum libitum voluntatis suae dare maiores
 vel minores indulgentias, et aequales inaequalibus quoad condiciones
 personarum et operum, ut tantum simpliciter valeant quantum sonant 825
 recipientibus. Si vero medium illud transeat | abundantiores sive
 pauciores indulgentias conferendo quam honor | Dei et Ecclesiae
 profectus requirat, non video quomodo valeant, et maxime tantum
 quantum sonant. Sed et ne peccet praelatus in mensurando illas,
 diligentissime debet attendere ut tali modo mensuret eas ex quali 830
 amplius honor Dei et Ecclesiae profectus procurentur.

825
 X 42^{ab}
 S 265^{va}

Et quod assumitur in argumento, quod «non est iustitia
 indulgentias aequaliter dispensare inaequalibus, quare Deus non acceptat
 talem dispensationem, nec valent illis aequaliter quantum sonant valere»,
 dico quod verum est in dispensatione quae mensuranda est secundum |
 meritum | personarum penes secundum modum iustitiae, quae est ex
 debito, sed non est verum in dispensatione quae mensuranda est
 principaliter secundum modum et necessitatem finis penes primum
 modum iustitiae, quae est non tam ex debito quam ex gratia, quali
 mensuranda est dispensatio indulgentiarum, ut patet ex 840
 praedeterminatis.

Bad. 593^{rh}
 H 276^{ab}

QUAESTIO 15

UTRUM LICITUM SIT MAGISTRIS DISPUTARE DE POTESTATE
PRAELATORUM

5 Circa tertium arguitur quod non sit licitum disputare de
potestate praelatorum, sic. Disputatio illa quae est causa litis et
discordiae non est licita. Talis est disputatio de potestate
praelatorum, aliis volentibus eam ampliare, aliis autem volentibus
eam restringere. Ergo etc.

10 Contra. Illud est licitum per quod subditus potest cognoscere
in quo debet praelatis oboedire et in quo non. Non enim tenetur ei
oboedire in omnibus, puta in illis praeceptis quae contra Deum et
divinam legem atque divina mandata praeciperet. Sed hoc potest
cognoscere per disputationem de potestate praelatorum, quia ipsa
declarat et determinat et investigat in quibus subditi suis praelatis
oboedire debent et in quibus non. Ergo etc. |

Bad. 593^k

<SOLUTIO>

Dico quod triplici intentione potest fieri disputatio de potestate
praelatorum, sicut etiam de potestate Christi et Dei. Una videlicet ut
potestatem illorum diminuat aut attenuet, et minorem quam sit
20 credere faciat, et propter hoc eis minus et in paucioribus
oboediendum sit. Alia autem contraria, ut potestatem eorum
extendat et maiorem quam sit credere faciat, et propterea eis amplius
et in pluribus oboediendum sit. Tertia vero media est, ut scilicet quae
et quanta sit praelatorum potestas innotescat, et secundum hoc
quisque praelatis oboediat. |

Bad. 593^l

Disputare de potestate praelatorum prima intentione est omnino
illicitum, sicut illicitum est tali intentione disputare de potestate Christi
et Dei, qualiter disputant philosophi nitentes probare de Deo, quod non
habet potestatem agendi quidquam circa inferiora, generabilia et
30 corruptibilia, nisi mediante motu corporum caelestium. Et est disputare
isto modo et tali intentione disputare de praelatorum potestate, aut
etiam principum saecularium, resistere sive contrariari divinae
ordinationi et bonum publicum non amare. Potestas enim praelatorum
eis a Christo Deo data est, et ad publicam utilitatem | Ecclesiae
I 367^a
35 ordinata. Dicit enim APOSTOLUS <Ad> Romanos 13^o: «*Omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo;*

quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati Dei, et ordinationi resistit. Qui autem resistunt sibi ipsis damnationem acquirunt. Dei enim minister est tibi in bonum». Revera qui tali intentione de potestate praelatorum disputant damnationem aeternam sibi acquirunt, et merito, quia sic disputando potestatem praelatorum, pro quanto eam diminuere intendunt, furari eam, quantum in ipsis est, nituntur; quae quia de numero sacramentorum est a Deo sanctae Ecclesiae concessorum, igitur ad instar sacrilegii est disputare de potestate praelatorum aut etiam principum isto modo; est enim furari sacrum de sacro. Ut enim dicitur in litteris legum saecularium, «*sacrilegii instar est divinis super quibus oportet ministracionibus obviare beneficiis*». Et quia sic disputantes de praelatorum potestate frequenter sunt invidi praelatis et rebelles | atque inoboedientes, nolentes ab eis corrigi aut corripiri vel puniri pro suis delictis, ideo displicere solet praelatis et principibus de ipsorum potestate disputare, et hoc prohibent; et merito, quia vident sibi in hoc iniuriari et divinae ordinationi contrariari et bonum publicum demoliri, et sic disputantibus sibi a se ipsis aeternam damnationem procurari. |

Disputare autem de potestate praelatorum secunda intentione etiam est illicitum eadem de causa qua praecedens, quia sicut est data praelatis a Deo simpliciter ad Ecclesiae utilitatem, sic etiam data est eis in determinato gradu ad eandem utilitatem, ut etiam magis et minus, sive maius et minus potestatis quam sit a Deo datum ad Ecclesiae utilitatem non vergeret. | Et sic utroque modo disputare de potestate praelatorum vitiosum est; magis tamen vitiosum est disputare de illa prima intentione quam secunda, quia disputatio de illa intentione secunda potius est in favorem Ecclesiae et praelatorum quam in odium; | e contra autem disputare de illa intentione prima. Et quia tali intentione plerique de potestate praelatorum disputant adulando, sperantes ex immensa potestate praelatorum generaliter aut specialiter ex immensa potestate alicuius illorum commodum aliquod sibi provenire, ideo etiam talis disputatio merito debet praelatis displicere. Boni enim viri nolunt aestimari ultra id quod sunt, et frequenter volunt aestimari minus quam sint, exemplo Ioannis Baptistae. Ut enim | dicit AUGUSTINUS Super Ioannem sermone 4º, «*tanta excellentia erat in Ioanne, ut possit credi Christus, et in eo probata est humilitas eius, quia dicit se non esse cum posset credi esse*». Nullum tamen meritum habuit, quam de ista humilitate, quia cum possit fallere homines et putari Christus et haberi pro Christo, confessus est tamen aperte: «*Non sum ego Christus*». Non dixit: «Ego sum Ioannes, ego sum Elias, ego sum propheta», sed dixit: «*Ego sum vox clamantis in deserto*». Et praecipue debet praelatis talis disputatio talium de sua potestate displicere, quia sicut disputando potestatem praelatorum nimis

40

45

H 277^a

50

Bad. 593^vM

55

G 268^b

60

X 43^{ra}

65

L 253^b

70

75

extendunt, quando eam sperant facere pro se, sic e contra eam
 disputando attenuant quando timent ne per eam debeant praelati
 80 contrariari ipsis. Unde frequenter in uno articulo potestatem
 praelatorum extollunt et in alio deprimunt modo quo saepius extollere
 visi sunt illa quae sua sunt et quae sunt aliorum, dum tamen pro se sunt,
 et deprimere ea quae sunt aliorum, maxime quando contraria ipsis
 sunt. |
 Bad. 593^N
 85 Unde servando medium virtutis et moderamen inter utramque
 I 67^{rb} dictarum duarum disputationum | de potestate praelatorum dico quod
 disputatio de potestate praelatorum intentione tertia omnino licita est et
 multum proficua, sicut et disputatio de potestate Christi et Dei de eis
 quae sunt fidei, dummodo fiat causa addiscendi vel convincendi
 90 haereticos. Sic enim secundum dictum PHILOSOPHI «*disputare de singulis
 non est inutile*», et non causa deducendi illa in dubium. Hoc enim omnino
 illicitum est, sicut etiam illicitum est disputare ut in dubium revocentur
 illa quae determinata sunt per universales synodos. Nam, ut dicitur in
 litteris legum saecularium: «*Iniuriam facit iudicio reverentissimae synodi, si quis
 95 semel indicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contendit*».
 H 277^{rb} ‘Revolvere’, dicit GLOSSA: «Id est, in dubium | revocare». Immo, ut
 procedit secundum argumentum et bene, quod concedendum est, talis
 Bad. 594^N disputatio de potestate praelatorum multum | necessaria est, nec debet
 displicere alicui, sed multum placere, sicut et placet praelatis bonis
 100 postquam sciverint et praesumpserint magistros aliquos tali modo de
 sua potestate disputare; et hoc praecipue ideo quia tali disputatione
 plurimum etiam ipsi praelati frequenter discunt quantum et quid super
 subditos possunt, et quantum et quid non possunt, et per hoc sciunt
 legitime uti sua potestate et sibi cavere de potestatis abusu, quod forte
 105 sine illa nescirent, sicut subditi ex tali disputatione discunt quantum et in
 quibus debent praelatis suis oboedire, et quantum et in quibus non, et
 per hoc sciunt etiam legitime suis praelatis oboedire et cavere ab
 indebita rebellionem, et in casu oboedientiae illicitae suis praelatis obviare,
 quod forte sine illa disputatione nescirent. Hinc dicit beatus
 110 BERNARDUS in quadam epistola ad Adam monachum: «*Liquido apparet
 I. 253^{va} mala imperantibus | non esse parendum, praesertim dum pravis obtemperans
 imperiis in quo homini videris oboediens, Deo plane, qui omne quod perperam agitur
 interdicit, inoboedientem te exhibes. Valde autem perperam est etiam profiteri te
 inoboedientem, in quo nosceris superiorem propter inferiorem, id est divinam propter
 115 humanam solvere oboedientiam. Quid enim? Quod iubet homo, prohibet Deus, et ego
 audiam hominem surdus Deo? Non! Sic enim Apostoli clamant: Melius est
 oboedire Deo quam homini*». Et infra ibidem: «*Si ita oportet, sine causa legitur:
 ‘Omnia probate, quod bonum est tenete’. Si ita est, deleamus iam de libro*

Evangelii. 'Estote prudentes sicut serpentes'. Sufficit quippe quod sequitur: 'Et simplices sicut columbae'. Nec dico quod a subditis mandata praepositorum esse diiudicanda, ubi nil iuberi deprehenditur divinis contrarium institutis, sed necessariam assero et prudentiam qua advertatur si quid adversatur, et libertatem qua contemnatur». Per dictam autem disputationem omnia quae pertinent ad potestatem praelatorum probantur et diiudicantur, dum in praeceptis eorum timetur aliquid adversari divinis institutis, et quod bonum est tenetur per prudentiam | serpentum, quae tali disputatione discitur, et per simplicitatem columbae oboedienter opere impletur. Unde si quis temerarius oboediens dicat in omnibus esse praeceptis superiorum oboediendum et nihil interrogandum, sed praelato per omnia credendum, respondendum ei quod cuidam respondet beatus BERNARDUS in eadem epistola, ubi loquitur de subdito tali et praelato suo sic inquires: «Ceterum, inquit, nihil habeo interrogare, ipse viderit. Dic, quaeso, si dato in manus gladio te artari iussisset in ingulum, acquiesces?», quasi dicat 'nequaquam'. Ergo nec similiter deberes in aliis oboedire | quae deprehenderes contraria divinis institutis, et de illis interrogare, et per disputationem veritatem perquirere quae timeres illis contrariari. |

Dico ergo quod talem disputationem de potestate sua nullus praelatorum refugere debet, sed eam potius appetere, et hoc praecipue, quia si quis eorum ipsam refugit, illud in quo eam refugit, suspectum de veritate tenet, sicut Mahumeth legem suam suspectam de veritate habuit et falsitatem eius per disputationem de illa | deprehendi timuit, propter quod poenali edicto legis de illa disputare prohibuit. Non sic Christus legem suam suspectam habuit, quando eam libere disputationem omnium et credentium et non credentium illi exposuit. Nec tamen abnuo quin propter aemulos disputatores et suspectos super aliquibus sub poena disputatio prohiberi potuit absque eo quod de veritate illorum apud prohibentem suspicio aliqua sit, quemadmodum NICOLAUS PAPA III prohibuit sub poena excommunicationis latae sententiae disputationem, immo omnem expositionem praeter grammaticalem in expositione Regulae Fratrum Minorum, quam ipse edidit. Nec etiam abnuo quin utile esset de potestate praelatorum non disputare, si non | timeretur quod contraria divinis praeceptis possent percipere, aut aliter quam veritas se haberet, secundum quod testatur RABBI MOYSES de disputatione Iudaeorum contenta | in libris, qui dicuntur Talmuth, super edictis legis Moysaicae, sic inquires libro cap.^o 70^o: «*Liber Talmuth scriptus non erat, receptus in diebus primis quando vitabant illud in quod postea inciderunt, id est multitudinem scientiarum, et diversitatem opinionum, et divisionem credulitatum, et dubitationes quae incidunt in expositionibus Scripturarum. Dimiserunt autem rationem | in omnibus rebus istis*

120

125

X 43^{rb}

130

I 367^{va}

135

Bad. 594^{ro}

140

H 277^{va}

145

150

L 253^{vb}G 268^{va}

155

C 213^{ra}

QUAESTIO 15

160 *cognitioni capituli quod vocatur 'Domus magni consilii', sicut exposuimus in
aggregatione nostra in Talmuth. Et haec est causa quare illi principatus magni
perierunt de gente nostra. Cum autem regnum Christianorum diffusum fuit per
regna Graecorum et Chaldaeorum, et sensus philosophorum diffusi fuerunt in
gentibus illis, et viderunt quod credulitates suas destruebant opiniones philosophorum
165 destructione vehementi, coeperunt scribere omnia quae erant utilia credulitati eorum et
Bad. 594^p responderunt illis opinionibus quae destruxerunt fundamenta legis et fidei suae».*

<AD ARGUMENTUM>

Quod ergo arguitur in primo argumento, quod «disputatio de
potestate praelatorum non est licita, quia ipsa est causa litis et
170 discordiae», dico quod verum est disputando de potestate praelatorum
prima et secunda intentione, et hoc loquendo de lite et discordia illicitis.
Diminutione enim potestatis praelatorum provocantur praelati;
extendendo autem provocantur subditi, et hoc inter sese et contra sic
disputantes, et etiam disputantium inter se. Disputando autem de
175 potestate praelatorum tertia intentione, adhuc verum est quod est causa
litis et discordiae licitis et debitis, ad reducendum scilicet utramque
personarum duarum disputationum de potestate praelatorum ad
medium et ad debitum temperamentum contra volentes potestatem aut
nimium diminuere aut nimium extendere; contra nullum tamen
180 volentem quod iustum et aequum est tenere, causa est rationalis litis aut
discordiae.

QUAESTIO 16

UTRUM MILES IRRUENS PRAEVOLANDO CONSORTES SUOS IN HOSTIUM EXERCITUM FACIAT OPUS MAGNANIMITATIS

Circa quartum et ultimum arguitur quod miles praevolans in
5 exercitum hostium non facit opus magnanimitatis, sic. Ubi fugiens bene
S 266^{va} | facit vitam suam salvans, male facit in hostes ruens ut occidatur; sed
I 367^{vb} nuper Sarracenis hostibus Christianorum devastantibus | civitatem
Acconensem, bene fecerunt qui fugerunt vitam suam salvantes; ergo
H 277^{vb} miles ille, qui aliis fugientibus in exercitum | Sarracenorum irruit
10 praevolans et occisus est, male fecit. Sed factum malum non est opus
Bad. 594^p magnanimitatis, | cum magnanimitas virtus sit, et secundum
AUGUSTINUM, «*virtutibus non contingit male uti*», neque ad agendum
malum opus. Ergo etc.

QUODLIBET XV

Contra est quod scribitur Canticorum ultimo: | «*Fortis est ut mors dilectio*», et hoc ideo quia zelanter diligens pro dilecto in necessitatis articulo mortem contemnit et illi se exponit, quod est opus magnanimitatis. Taliter est ille miles operatus praevolans, ponendo animam suam pro amicis suis in | fide et caritate, quod est opus maximae caritatis et ita maximae virtutis in agibilibus, quae consistit in magnanimitate. Ergo etc.

X 43^{va}

15

L 254^{ra}

20

<SOLUTIO>

Quia ista quaestio tangit et in exemplum proponit captionem, subversionem atque destructionem civitatis Acconensis atque Christianorum et incolarum eiusdem, de quibus mentionem facit dominus Papa in littera exhortatoria, de qua mentio habita est supra in quaestione de indulgentiis, sic inquit: «*Civitas Acconensium 44 diebus artissima Babylonicae potentiae obsidione circumdata, terribilibus machinis noctuque vexata, impetita crebris et duris insultibus, moenibus et ipsius per cuniculos arietis occultos 44 die obsidentium viribus Dei permissione mirabili et stupenda succubuit, capta per eos et igni exposita, Christicolis inibi existentibus caesis innumeris, et ceteris, qui habere nequiverunt ad maritima vasa succursum, in captivitatem abductis*», quae quidem facta narrantur anno Domini CCXCI, 10^o die mensis maii, in qua civitate, ut aestimo, congregati erant non tantum populares et simplices, sed etiam praelati et principes, idcirco quaestionem paulo altius sublevando, bellorum celebritatem paulo altius quam quaestio proponat, exsequamur, dicendo in primis cum TULLIO in libro I^o De officiis sic dicente: «*In re publica maxime conservanda sunt iura belli. Nam cum sint duo genera decertandi, unum per dispensationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominum, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore*». Et sic illi qui potest ius suum iam habitum retinere aut | amissum sive nondum habitum recuperare, non licet pro illo bellum instituere. | «*Quare*», ut idem prosequitur continuo «*suscipienda quidem sunt bella ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur*». Et ut dicit AUGUSTINUS in epistola Ad Bonifatium comitem, «*bellum debet esse necessitatis, ut liberet Deus de necessitate et conservet in pace. Non enim quaeritur pax, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem vincendo perducas, ita quod hostem pugnantiem necessitas deprimat, non voluntas. Sicut bellanti et resistenti violentia redditur, ita | capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur*». Quod TULLIUS per alia verba continuo dicit ubi supra: «*Parta autem victoria conservandi sunt hi qui non crudeles in bello*

25

30

35

40

C 213^{rb}

Bad. 594^o

45

S 266^{vb}

50

H 278^a | *nec immanes fuerunt. Mea quidem sententia paci, quae nihil | habitura sit*
insidiarum, semper est consulendum; tum hi qui armis positis ad imperatorum fidem
I 368^m *confugient, quamvis | murum percusserit aries, sunt recipiendi». «Ex quo», ut*
55 *dicit TULLIUS paucis interpositis, «intelligi potest nullum bellum esse iustum,*
nisi aliquid aut rebus petitis geratur, aut denuntiatur ante sit et indictum». De
quo dicit ISIDORUS Etymologiae: «Iustum est bellum quod ex edicto
L 254th *geritur | de rebus repetendis aut propulsandorum hostium causâ». Et*
AUGUSTINUS in libro Quaestionum: «Iusta bella solent definiri quae
60 *ulciscuntur iniurias; sic gens vel civitas petenda est quae vel vindicare neglexerit*
quod a suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est». Sed, ut
dicit AUGUSTINUS Contra Manichaeos «*nocendi cupiditas, ulciscendi*
crudelitas, implacatus atque implacabilis animus, feritas debellandi, libido
dominandi, et si qua similia, haec sunt quae in bellis iure culpantur». Et ut
65 *sequitur ibidem post pauca «ordo ille naturaliter mortalium paci accommodatus*
hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit». Sed ut
ait TULLIUS, ubi supra «*ea animi elatio, quae | cernitur in periculis et laboribus,*
si iustitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed propriis commodis, in vitio
est; non modo enim id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem
X 43th *| repellentis».*
Bad. 594^r |

Ut autem descendamus ad propositum, de bello iusto est
distinguendum, quia aut est ad recuperandum bona iniuste ablata, de
quo nihil ad praesens, aut est ad repellendum iniuriam qua nituntur
hostes bello bona auferre, puta vitam, patriam, libertatem, leges et cetera
75 bona, sive temporalia sive spiritualia. Quale bellum instruxerunt
Sarraceni contra Acconensem, in quo mortuus est miles de quo quaestio
nostra proposita est: utrum irruendo praevolanter in Sarracenos fecit
opus magnanimitatis. Et dico quod magnanimitas est pars fortitudinis,
et virtus quae versatur circa opera magna et ardua, dicente PHILOSOPHO
80 in IV^o Ethicorum: «*Magnanimitas circa magna ex nomine videtur esse».*
Sed tamen non omne opus magnum pertinens de genere suo ad
fortitudinem est opus magnanimitatis, nisi sit ex habitu virtutis, non ex
praesumptione aliqua aut cupiditate, ut cum magnanimitas fortitudo
quaedam sit et alias fortitudo non sit virtus, ut patet ex iam dictis. Unde
85 et TULLIUS post dicta proxima praecedentia continuo addit dicens:
«*Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt pugnantem*
pro aequitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et
malitia laudem est adeptus; nihil enim honestum potest esse quod iustitia vacat.
Praeclarum igitur est illud Platonis: 'Non', inquit, 'solum scientia, quae est remota
90 *a iustitia, calliditas potius quam scientia est appellanda, verum etiam animus*
paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae
potius quam fortitudinis nomen habet'. Itaque viros | magnanimos eosdemque bonos

H 278th
S 267^{ra}

et simplicis virtutis amicos, minimeque fallaces esse volumus, quae sunt ex media laude iustitiae». Et infra: «Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur, | quarum una in rerum externarum despicientia cernitur, altera ut res geras magnas et maxime utiles, arduas, plenasque laborum et periculorum». | Quamquam ergo factum | militis nostri arduum fuit et magnum, quia circa mortis periculum atque terribile, circa quod maxime consistit fortitudo, dicente PHILOSOPHO in IV^o Ethicorum: «Circa qualia igitur terribilia fortis? Vel circa maxima; terribilissimum autem mors; terminus enim», non tamen ex hoc sequitur quod fuit opus fortitudinis seu magnanimitatis aut alicuius virtutis, si forte illud aggressus est ex praesumptione aut ambitione gloriae aut cupiditate alia aut forte temere et inconsulte, quod videtur innuere ipsa quaestio in eo quod dicit militem praevolasse. Si enim ita fuit nec opus virtutis et ita nec fortitudinis nec magnanimitatis fuit. Unde de modo aggrediendi facta magnanimitatis dicit TULLIUS post praedicta: «Ad rem autem gerendam qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat faciendi facultatem; in quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis confidat propter cupiditatem». Et infra: «Omnino illud honestum quod ex animo excelso magnificoque quaerimus, animi efficitur, non viribus corporis. Exercendum tamen corpus, et ita afficiendum est, ut oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in laboribus tolerandis». Et infra: «Quare expetenda quidem magis est discernendi ratio quam decertandi fortitudo. Fortis autem et constantis animi est non perturbari in rebus asperis, nec timere de gradu eici, sed prudenti animo uti et consilio, nec a ratione discedere, nec committere, ut aliquando dicendum sit: 'Non putaram'. Haec sunt opera magni et excelsi animi, et prudentia, consilioque fidentis; temere autem in acie versari et manu cum hoste conflagere immane quoddam et beluarum simile est. Sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est et mors servituti turpitudinique anteponenda. Sed fugiendum est illud etiam, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius». Hinc dicit VEGETIUS libro III^o cap.^o ultimo De arte militari: «Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt». Si igitur miles noster non confidens de commilitonum adiutorio, nec putans eos paratos ut simul ad bellum procederent, sed solus in hostes praevolvando insiluit, ipse absque omni rationabili causa morti se obtulit, debens scire quod nihil per se solum proficere potuit; et sic opus non magnanimitatis sed stulti egit. Sed nec ex hoc quod iste praevolans solus in hostes irruit et periculo mortis se exposuit, | iudicari potest certitudinaliter quod opus magnanimi non egit, quia, ut dicitur, Sarraceni ante auroram | subito civitatem Acconensem intraverunt, | nec fuit tunc Christicolis in illa contentis tempus deliberationis maioris, sed solummodo statim exercendae

Bad. 595^{rk}I 368^{rb}L 254^{va}C 213^{va}

100

105

110

115

120

125

X 44^{ra}H 278^{va}A 268^{rb}

- virtutis, quae secundum PHILOSOPHUM II^o *Ethicorum* maxime «*in*
S 267^{ab} *repentinis*» probatur. | Miles igitur noster, qui, ut audivi dici, dux aliorum
in bello esse debuit, quam citius occurrisset, forte iacens in excubiis
L 254^{ab} armatus cum aliis et paratus ad bellum, statim audito tumultu et |
discurrentibus Sarracenis per vicus exiliit, et putans commilitones suos
ipsum consecuturos, in hostes solus irrupit, attendens illud VEGETII
140 De arte militari libro III^o cap.^o 8^o: «*Ne vero repentinus tumultus*
I 368^{va} *amplius noceat, ante commonendi sunt milites, ut parati sint animo, ut arma | in*
manibus habeant; in necessitate enim subita quae terrent, provisa non solent esse
formidini». Et cap.^o 6^o: «*Multa quidem sunt dicenda atque observanda*
pugnantibus, siquidem nulla sit negligentiae venia, ubi de salute certatur». Et libro
145 I^o cap.^o 14^o: «*In aliis rebus, sicut ait Cato, si quid erratum fuit, postmodum*
corrigi potest; proeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim
sequitur errorem». In libro IV^o cap.^o 39^o: «*Sicut enim providos cautela tutatur,*
Bad. 595^{cs} *sic negligentes exstinguit incuriam*». |
Quod si ita fuerit, quia tunc tempus necessitasque postulabant
150 decertandum esse manu et mortem servituti turpitudinique fore
anteponendam et nullum fugiendum, quod revera ita puto contigisse,
G 269^{ra} idcirco dico credens firmiter quod opus militis | nostri erat opus
magnanimitatis, ex cuius habitu repente elegit opus summe arduum,
honeste scilicet mori pro fide et civitate, quam fugiendo inhoneste
155 vivere et forte fuga incerta non subveniente iugum servitutis
Sarracenorum subire. Quod si ceteri concives et commilitones sic
fecissent et tales fuissent ut ille, credo quod proculdubio in adiutorio
Dei victoriam obtinuissent et civitas staret.
C 231^{ab} Ut enim dicitur I^o *Maccabaeorum* 3^o: «*Facile est concludi |*
160 *multos in manu paucorum, et non est differentia in conspectu Dei caeli liberare in*
multis, et in paucis, quoniam non est ex multitudine exercitus victoria belli, sed de
caelo fortitudo est». Et ut dicit VEGETIUS ubi supra libro III^o cap.^o 22^o,
«*victoria semper per paucos fieri consuevit*», et maxime per homines virtutis.
Ut enim ibidem dicit libro I^o cap.^o 10^o, «*in omni conflictu non tam prodest*
165 *multitudo quam virtus*». Et libro IV^o cap.^o 32^o: «*In rebus bellicis celeritas*
amplius solet prodesse quam virtus». Et libro III^o cap.^o 39^o: «*Necessario amplior*
securitas solet gravius habere discrimen, quod imparatis ac nihil suspicantibus
supervenienti assolet fieri. Hoc casu oppressis, nec virtus potest, nec multitudo
prodesse». Unde Acconenses, ut credo, victoriam obtinuissent, si
170 bellicassent pro posse suo, et confisi Domino dixissent unanimiter,
unusquisque eorum ad ceteros, illud quod dixit Iudas continuo post
praedicta, I^o *Maccabaeorum* 3^o: «*Ipsi veniunt ad nos in multitudine et*
Bad. 595^{cs} *superbia ut | disperdant nos et uxores nostras et filios nostros, et ut spolient, | nos*
H 278^{vb}

vero pugnabimus pro animabus nostris et legibus nostris, et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram; vos autem ne timueritis eos».

175

Sic ergo confidenter dicere possum, ut aestimo, quod ille miles noster opus magnanimitatis et virtutis egit, et benefacto suo intellexit illud P s a l m i: «*Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*». | Et dixit illud TULLII in oratione populari ad Senatum: «*Nibil duri, nihil acerbi mihi erit quod rem publicam tutabitur. Non enim victus cedo, neque mors miseranda est quae ob rem publicam capitur, neque exitium turpe est quod virtute suscipitur, praesertim cum nonnullam hae poenae habeant in se consolationem. Nam vitam subripiunt, non adimunt gloriam, mortale si exercitio mactabunt, corpus non animum a re publica removebunt*». Idem libro I^o De officiis: «*Omnes caritates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profuturus*», quasi dicat ‘nullus’.

L 255^{ra}
S 267^{va}

180

185

<AD ARGUMENTA>

Ex dictis patet quomodo concedenda est secunda ratio.

Ad primam quae est in oppositum, quod dictum opus militis nostri non erat magnanimitatis, quia fugiens bellum in quo ille mortuus est, bene fecit, dico quod hic incidit difficilius | assumptio, an scilicet licitum sit | fugere bellum quod contra patriam et paternas leges attentatum est ab hostibus legis et fidei Christianae. Et sentio in hac materia idem de fuga praelatorum maiorum et minorum et principum superiorum et inferiorum, et quod de fuga simplicium clericorum, hoc et de fuga simplicium laicorum, quia sicut praelati tenentur ministrare populo in spiritualibus ad fomentum et conservationem vitae eorum spiritualis, sic principes ministrare tenentur eidem in temporalibus ad fomentum et conservationem vitae eorum temporalis. Propterea enim de publico eis provisum est in temporalibus rebus ad usum necessariis, et non debent eos in periculo belli deserere fugiendo, nisi secundum modum sequentem exponendum de fuga praelatorum principaliter, quamvis praelati ad non relinquendum populum poena maioris criminis astringantur, quanto magis necessarium est populo in bellorum periculis ministerium praelatorum in spiritualibus quam principum in temporalibus. De debito enim principum in impugnatione adversariorum Ecclesiae dicit AUGUSTINUS Super Ioannem sic: «*Commoventur potestates Christianae contra dissipatores detestatores Ecclesiae. Si non moverentur, quomodo redderent rationem de imperio suo Domino? Quia hoc pertinet ad reges saeculi Christianos ut suis temporibus pacatam vellent matrem suam Ecclesiam habere; unde spiritualiter nati sunt*». Item Ad

190

I 368^{rb}
X 44^{rb}

195

200

205

210

Bonifatium comitem: «*Quomodo Domino reges serviunt in timore, nisi ea quae contra iussa Domini sunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit rex quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est, servit vivendo fideliter; quia rex est, servit convenienti rigore sauciendo*». Item ISIDORUS XXIII^a q. 5^o cap. 1^o 'Principes' dicit sic: «*Intra Ecclesiam potestates necesse non essent, nisi ut quod non praevalerent sacerdotes efficere | per doctrinae sermonem, potestas hoc impetret, per disciplinae terrorem. Cognoscant principes saeculi Deo se debere rationem | esse reddituros | propter Ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina Ecclesiae per fideles principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit*». Unde et ad Ecclesiam tuendam possunt | per praelatos compelli, | ut ibidem 'Praeterea', ubi dicitur sic: «*Saecularium dignitatum administrationibus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit, quod si facere contempserint, a communione sunt repellendū*». |

Si ergo quaeratur de illo quod ponitur in argumento, an scilicet liceat fugere de bello, praecipue quod ab infidelibus attentatur contra Ecclesiam, ut in nostro proposito, puto fore distinguendum divisione trimembri, quia aut tale bellum est imminens tantum et timetur venturum, aut est iam instans et comprehensus est populus fidelis ab adversariis, aut est deficiens adversariis obtinentibus iam victoriam. Si imminet, subdistinguo iterum divisione trimembri, quia aut omnes possunt fugere et simul rationabiliter desperant de victoria si persistent, aut nec potest nec debet aliquis illorum rationabiliter desperare, aut aliqui eorum sperant et aliqui desperant vel non possunt fugere. Si primo modo, tunc omnes ad instar unius cuius exitium quaeritur, de quo iam erit sermo, fugere tenentur, nec se periculo exponere. Si secundo modo, tunc nullus debet fugere, sed unanimiter se hostibus opponere pugnando | pro patria et re publica. Ut enim dicit VEGETIUS, ubi supra, libro III^o cap. 24^o: «*Qui ante congressum recedit ex acie suis fiduciam minuit et inimicis addit audaciam*», et cum hoc convincitur plus diligere se ipsum et vitam suam quam rem publicam. Quod esse non debet, dicente TULLIO in oratione populari ad Senatum: «*Sic ab initio fui animatus ut non magis me mea <causa> putarem esse natum quam rei publicae procreatum*». Et ut idem dicit in fine Iⁱ libri INVECTIVARUM, «*patria mihi vita mea carior est*». Propter quod quilibet in isto casu maxime | pro patriae defensione debet vitam suam mortis periculo exponere, dicente eodem in IV^o libro INVECTIVARUM: «*Si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors viro forti potest furtiva accidere, neque consulari, neque misera sapienti*». Et infra in eodem: «*Itaque sapientes numquam eam inviti sustinuerunt; fortes etiam saepe appetierunt*». In tali ergo casu nulli licitum est fugere, nisi forte mulieribus, pueris et viris invalidis, dicente VEGETIO ubi supra

libro IV^o cap.^o 4^o: «*Imbellis aetas et sexus propter necessitatem frequenter exclusas*», aut suasus ab aliis, qui eum maiori utilitati communis reservare intendunt. David propheta, qui se subtraxit a bello imminente, dicente AUGUSTINO in epistola Ad H o n o r a t u m in qua | diffuse tractat materiam de fuga praelatorum: «*Denique| sanctus David, ne committeret se periculis bellorum et fortasse exstingueretur, sicut ibi dictum est, lucerna Israel, a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse praesumpsit. Alioquin multos imitatores fecisset ignaviae, qui eum crederent hoc fecisse, non consideratione | utilitatis aliorum, sed suae perturbatione formidinis.*».

Si tertio modo, | tunc si omnes possunt fugere et si maior et sanior pars desperat et iudicat fugiendum, illis qui sperant licet, si possunt, fugere cum aliis, et sic licitum est omnes fugere. Sed illi qui sperant non tenentur cum aliis fugere; immo si velint persistere et hostibus se opponere, hoc licitum est eis, et tunc alii tenentur cum eis contra hostes stare et esse paratos aut cum aliis hostes devincere | aut simul mori cum illis, aut si sint aliqui inter illos qui [non possunt fugere] tenentur eis ministrare spiritualia, fugere non possunt, dicente AUGUSTINO in epistola eadem Ad H o n o r a t u m : «*Cum omnium, id est episcoporum et clericorum et laicorum, est commune periculum, hi qui aliis indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui manendi habent necessitatem non relinquantur ab eis per quos illorum ecclesiastica necessitas suppleatur, ut pariter vivant aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias volet perpetis.*».

Aliis autem indigent in necessitate temporali pugnandi illi qui sperant de victoria et volunt se opponere hostibus, cum possent cum aliis fugere, sed nolunt, et ideo validi potentes pugnare non debent istos relinquere, sed simul cum eis pugnare. Qui autem habent necessitatem manendi, quia non possunt fugere propter aliquas causas, aliis indigent in necessitate ecclesiastica, quos non | debent relinquere ecclesiastici viri, per quos illa necessitas est in eis supplenda, ut infra planius declarabitur. Et sic aut pariter vivant, aut pariter moriantur, et hoc relincente istud superna caritate in eis qui | alias fugere possent et vellent. Et in hoc casu locum habet illud in canonica I o a n n i s I^a cap.^o 3^o: «*Si pro nobis Christus animam suam posuit, et nos debemus animas nostras pro fratribus ponere.*».

Hoc enim primo dictat ius naturae, dicente TULLIO libro I^o De officiis: «*Ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem amici, atque, ut placet Stoicis, quae in terris gignuntur ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alius alii prodesse possint; in hoc naturam debemus sequi ducem.*».

Hoc etiam secundo expresse testatur AUGUSTINUS in epistola dicta sic inquires: «*Sive alii magis, alii minus, sive omnes aequaliter patiantur, qui eorum sunt qui pro aliis patiuntur, apparet, illi scilicet qui <cum> se*

255

X 44^{ra}

Bad. 596^{rT}

L 255^{ra}

H 279^{ab}

A 268^{ab}

265

S 268^{ra}

270

275

C 214^{ab}

I 369^{ab}

285

290

- possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem deserant, manere
295 maluerunt. Hinc maxime probatur illa caritas quam IOANNES APOSTOLUS
commendat dicens: 'Sicut pro nobis Christus animam suam posuit, sic et nos
debemus animas pro fratribus ponere'. Nam qui fugiunt vel suis necessitatibus
devincti fugere non possunt, si comprehensi patiantur, pro se ipsis, non pro fratribus
utique patiuntur. Qui vero propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad Christianam
300 salutem indigent, deserere nolunt, sine dubio animas suas pro fratribus ponunt».
- L 255^{vb} Si | autem bellum sit iam instans et populum comprehenderit
H 279^{va} atque hostes impetum faciant, maxime | intra moenia civitatis, ut in
casu nostrae quaestionis, dico quod tunc nulli licet fugere, sed omnes
validi ad fugam ad bellum debent properare, et hostes variis modis pro
305 posse suo impugnare potius quam incertae se committere fugae, quali se
multi commiserunt instante depopulatione Acconensis civitatis, qui
subversi fuerunt in portu, ut dicitur. In tali enim bello periculo maiori
pugnant hostes quam cives, dicente VEGETIO, ubi supra libro IV^o cap.^o
310 13^o: «Violenta impugnatio quando castellis vel civitatibus praeparatur, mutuo
utrorumque periculo, sed maiore expugnantium exercentur luctuosa ibi
certamina». Et quare hoc, exponit declarando modum quo oppressi in
civitate se debent defendere, cap.^o 25^o dicens: | «Innumerabilibus declaratur
S 268^{tb} exemplis saepe caesos ad internectionem hostes qui pervaserunt civitatem. Et sine
dubio evenit si oppidani muros et turres retinuerunt vel altiora occupaverunt loca.
315 Tunc enim de fenestris ac tectis omnis aetas ac sexus irrumpentes rupes obruit saxis,
X 44^{tb} aliisque generibus telorum. Unum oppidanis | auxilium sive per diem sive per
noctem hostis intravit, ut muros turresque teneant ac loca superiora conscendant
hostesque per vicos et plateas undique obruant dimicantes». Per hunc modum
AENEAS, cum ad bellandum gentes externas recederet, docuit civitatem
320 <a> Teucris muniri contra Turnum. Unde clamorem civium et
defensionem eorum veniente Turno cum exercitu describit VERGILIUS,
libro IX^o Aeneidos dicens sic: «Ferte citi ferrum, date tela et scandite
I 369^{va} muros, hostis adest, eia! Ingenti clamore per omnes condunt se Teucris portas et
moenia complent. Namque ita discedens | praecepit optimus armis Aeneas, si qua
325 incerta fortuna fuisset, ne struere auderent acies, ne cedere campo; castra modo et
G 269^{va} tutos servarent aggere muros. Armatique cavis exspectant turribus | hostem.
Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen viginti lectis equitum comitatus et
urbi improvisus adest» etc. Et debet omnibus in tali oppressione animositas
ad se defendendum crescere civibus, ut ubi iam supra dicit VEGETIUS:
330 «Necessitas quaedam virtutis est desperatio in occasu». Et ut dicit libro III^o cap.^o
10^o, «desperantibus crescit audacia». Et cap. 23^o: «Clausis ex desperatione crescit
audacia, et cum spei nihil est, sumit arma fortitudo. Libenter cupit commori qui sine
dubio scit se esse moriturum. Ceterum clausi, licet exiguo numero et infirmi viribus,
Bad. 596^{vt} hoc ipso sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi | licere non posse».

«*Sed una salus est victis nullam sperare salutem*».

335

Unde si sic mutuo sese | iuvassent Acconenses, | non solum viri,
sed etiam mulieres viros, qualiter iuverunt matronae | Romanae in
obsidione civitatis quae per auxilium earum liberata est, puto, ut
praedixi, quod victoriam obtinuissent, dicente VEGETIO, ubi supra, libro
IV^o cap.^o 10^o: «*Ballistae ceteraque tormenta nisi funibus nervinis intenta nihil*
prosunt. Equorum tamen saetae de caudis ac iubis ad ballistas utiles asseruntur.
Indubitanter vero et crines feminarum in eiusmodi tormentis non minorem habere
virtutem Romanae necessitatis expertum est. Nam in obsidione Capitolii,
corruptis iugis ac longa fatigatione tormentis, cum nervorum copia defecisset,
matronae abscisos crines viris suis obtulere pugnantibus, reparatisque machinis
adversariorum impetum reppulerunt. Maluerunt enim pudicissimae feminae,
deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis quam hostibus integro decore
servire».

C 214^{ra}
L 256^{ra}
H 279^{rb}

340

345

Si vero bellum defecerit et hostes victores sint et cives se
defendere desistunt, dico quod tunc omnibus licet fugere praeter
praelatos, qui in ecclesiasticis servire tenentur illis qui fugere non
possunt, secundum AUGUSTINUM in epistola A d
Q u o < d > v u l t d e u m , de qua dictum suum in illa repetit in epistola
A d H o n o r a t u m | praedicta dicens: «*Dixi nec eos esse prohibendos qui*
ad loca, si possint, | munita migrare desiderant; et ministerii nostri vincula, quibus
nos caritas Christi alligavit, ne deseramus ecclesias quibus servire debemus, non esse
rumpenda».

350

S 268^{ra}
A 269^{ra}

Dico ergo quod in tali casu nemini licitum est fugere nisi duci,
cum praevidet periculum, sed non per se, sed cum exercitu suo, et non
nisi caute ne percipiat exercitus suus aut adversarii illius, secundum
quod super hoc VEGETIUS libro III^o cap.^o 24^o instruit ducem exercitus
dicens: «*Superest edocere quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinae*
bellicae et exemplorum experti nonnumquam periculum imminere testantur.
Verum quia hoc saepe necesse est evenire, quibus modis tute fieri possit, declarandum
est. Primum, ut tui nesciant te recedere, quia declinas inire conflictum, sed credant
arte aliqua se ideo revocari, ut insequentibus adversariis secretiores collocentur
insidiae; nam ad fugam parati sunt qui ducem suum | sentiunt desperare. Illud
quoque vitandum est, ne hostes te recedere sentiant et statim irruant». Unde in isto
casu post ingressum belli licet isto modo fugere omnes simul, sicut ante
belli ingressum in primo membro distinctionis circa illum, ut iam dictum
est; et hoc quia illo tempore non valentibus fugere maxime necessarium
est ministerium ecclesiasticum praelatorum in spiritualibus, ut inferius
declarabitur. Nequaquam autem est eis necessarium ministerium
ceterorum quod consistit in solis temporalibus. In hoc tamen casu
perfectius esset bellatoribus resistendo adversariis et pugnando mori

360

365

I 369^{rb}

370

375

X 45^{ra} cum fratribus, quod frequenter contingit inexpertis | et ignorantibus
 pericula belli et vere fortibus, quam timore vitae amittendae fugae
 incertae se committere, quod saepius faciunt experti cognoscentes
 L 256^{rb} pericula belli, et | maxime timidi | et non vere fortes, dicente
 H 280^{ra} 380 PHILOSOPHO IV^o Ethicorum: «*Milites timidi sunt quando
 superextenditur periculum et deficiunt. Primi enim fugiunt, civilia autem
 permanentia moriuntur. His quidem enim turpe fugere, et mors tali salute eligibilior;
 hi autem ex principio periclitantur, ut meliores existentes; cognoscentes autem fugiunt,
 mortem magis turpi timentes. Fortis autem non talis*». «*Milites enim*», ut tangit
 385 alia translatio ibidem, «*ex principio belli viriliter agunt, confidentes de peritia et
 experientia bellorum quam habent, et maximis periculis se exponunt;
 cognoscentes autem mortis instantiam fugiunt magis timentes mortem quam turpe.*
 Bad. 596^{vy} *Talis autem non est fortis.* | *Fortis enim advertit decorem, non rem extrinsecam*» nec
 390 propriam vitam, et per hoc saepius milites qui fugituri essent,
 cognoscentes mortis instantiam, victoriam obtinent plus quam cives,
 dicente VEGETIO, ubi supra, libro I^o cap.^o 2^o: «*Nulla alia re videmus
 populum Romanum orbem subiugasse terrarum nisi armorum exercitio, disciplina
 C 214^{rb} castrorum atque militiae. Scientia enim rei bellicae dimicandi nutrit | audaciam:
 nemo enim facile metuit quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine
 395 bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est, ruralis et indocta multitudo
 exposita est ad caedem*». Et, ut dicit libro II^o ibidem cap.^o 21^o: «*Inexercitatus
 miles semper est tiro*». «*Ut quotidiani laboris usus difficilis non videretur in bello,
 exercebantur | assidue. Nam quemadmodum bene exercitatus miles proelium cupit,
 S 268^{vb} ita formidat indoctus.* | *Postremo sciendum est in pugna usum amplius prodesse
 Bad. 596^{vx} 400 quam vires; nam si doctrina cesset armorum, nil villanus distat a milite*». Et libro
 III^o cap.^o 1^o: «*Igitur qui victoriam cupit milites imbuat diligenter; qui secundos
 Bad. 596^{vy} optat eventus dimicet arte, non casu*». |

Sed in casu posito distinguendum est de fuga praelatorum, quia
 aut communitas quaeritur ad mortem, aut solus praelatus.

405 Si primo modo, subdistinguo, quia aut per fugam praelati omnino
 a subditis subtrahitur ministerium illi incumbens, aut non subtrahitur,
 sed per alios manentes potest suppleri. Si primo modo, dico quod non
 licet praelatum fugere, dicente AUGUSTINO in epistola praedicta Ad
 HONORATUM post verba eius recitata in illa de epistola Ad
 410 QUODVLTDEUM praedicta: «*Restat ergo ut nos, quorum ministerium
 quantulaecumque plebi Dei ubi sumus, manenti ita necessarium est, ut sine hoc eam
 non oportet remanere, dicamus Domino: 'Esto nobis in Deum protectorem et in
 G 269^{vb} locum munitum'*», ne scilicet quaeramus aliud munimentum fugiendo | et
 I 370^{ra} populum dimittendo. Si secundo modo, | tunc distinguo, quia aut fuga
 415 est solo timore mortis, aut est ut fugiens se praeservet maiori utilitati
 Ecclesiae. Si secundo modo, adhuc subdistinguo, quia aut fugiendo

magis obest exemplo quam vivendi proficeret officio, aut e converso
magis proficeret officio quam | obsesset exemplo. Si primo modo tam
istius quam praecedentis subdistinctionis, | dico adhuc quod non est
praelato licitum fugere, dicente AUGUSTINO in eadem epistola post
medium: «*Quando est commune periculum magisque timendum est, ne quisquam id*
facere credatur non consulendo voluntate, sed timore moriendi, magisque fugiendi
obsit exemplo quam vivendi proficit officio, nulla ratione | fugiendum». Idem
ibidem: «*Absit ut tanti pendenda sit navis nostra, ut debeant eam nautae et*
maxime gubernatores periclitantes deserere, etiamsi in scapham transiliendo vel etiam
natando poterunt effugere», qualiter aliqui ex praelatis in excidio Acconensis
per scapham effugere voluerunt et in portu statim submersi sunt, ut
dicitur. Et hoc, scilicet quod in isto casu non licet fugere, generale est de
quolibet fugienti, tam ante ingressum litis quam post ingressum litis,
quam post eius defectum. Si secundo modo huius ultimae
subdistinctionis, dico quod praelato fugere licet, arguendo a contrario
sensu eius quod iam dictum est, secundum quod declarabitur in
sequentibus. Sed in hoc casu nequaquam deberet attentare fugam, etiam
summe utilis Ecclesiae seu communitati, nisi sentiret prius super hoc
motum divini instinctus in se ipso, quia praesumptuosum esset proprio
motu hoc attentare, dicente AUGUSTINO Ad Honoratum, ubi
supra: «*Nemo accipiat personam suam, ut si aliqua gratia videtur excellere, ideo se*
dicat vita et ob hoc fuga esse digniorem; quisquis etiam hoc dicit omnibus displicet».
Et infra post modicum: «*Qui dixerint se potius fugere debere, aut timidi*
videbuntur, quia imminens malum sustinere noluerunt; | aut arrogantes, quia se
magis qui salvandi essent, necessarios Ecclesiae indicabant». Unde omnibus qui
super fuga sua non sentiunt specialem divinum instinctum, in dicto casu
considerandum est quod nullus eorum fugiat, dicente AUGUSTINO
ibidem: «*In communi periculo huius vitae cur aestimamus, ubicumque | fuerit*
hostilis incursus, omnes clericos et non etiam omnes laicos esse morituros, ut simul
finiant hanc vitam, cui sint clerici necessarii? Aut cur non speremus sicut aliquos
laicos, sic etiam clericos permansuros, a quibus eis necessarium ministerium valeat
exhiberi?» Unde si in isto casu alicui vel aliquibus indicenda sit fuga
propter Ecclesiae utilitatem futuram, determinat AUGUSTINUS ibidem
quod «*sorte eligendi sunt*» fugientes: attamen si posset discerni qui ex
omnibus utiliores deberent esse profuturi Ecclesiae, illi deberent eligi
simpliciter; | quod etiamsi illi non fugere, sed commori aliis eligerent, alii
minus utiles reputati deberent simul in hoc contrariari et ipsos ad fugam,
quantum in se esset, compellere, dicente AUGUSTINO sic: «*Si inter Dei*
ministros inde sit disceptatio, qui eorum maneat, ne morte omnium deseratur
Ecclesia, quae disceptatio si aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui
maneant et qui fugiant, sorte eligendi sunt. Deinde fortassis hi qui meliores sunt,

H 280^{ab}L 256^{ra}

420

Bad. 597^{xy}

425

430

435

X 45^{ab}S 269^{ra}

445

450

C 215^{ra}

455

H 280^{va} *eligent | pro fratribus animas ponere; et hi servabuntur fugiendo, quorum minus est*
 L 256^{rb} *utilis vita, quia minor consulendi et gubernandi peritia, qui tamen, si pie sapiunt,*
contradident eis quos vident et vivere potius oportere, et magis mori malle | quam
fugere».

Si autem solus praelatus quaeratur ad mortem, subdistinguo, quia
 I 370^{rb} | aut potest a populo abscondi ne pereat, aut non. Si sic, dico quod tunc
 non debet fugere, dicente AUGUSTINO in saepe dicta epistola ante
 465 finem: «*Si laici non quaerantur ad mortem, possunt occultare quoquo modo*
episcopos et clericos, sicut ille adiunxit in cuius potestate omnia sunt, qui potest et
non fugientem per mirabilem servare potentiam. Sed ideo quaerimus quid nos facere
debeamus, ne omnibus quaerentibus divina miracula tentare Dominum
iudicemus». Si non, tunc debet et potest praelatus fugere, dum tamen non
 470 deseratur necessariis ministris ecclesia. Et hoc tripliciter: vel aliorum
 actu, vel aliorum instinctu, vel proprio motu divino aut humano.

De fuga primo modo, scilicet aliorum actu, exemplo Christi, de
 quo dicit AUGUSTINUS in principio epistolae praedictae: «*Numquid hoc*
fecit ipse quando portantibus parentibus in Aegyptum parvulus fugit, qui nondum
 475 *ecclesias congregaverat?»*

De fuga secundo modo, scilicet aliorum instinctu, exemplo Pauli,
 de quo continue dicit AUGUSTINUS: «*Numquid quando apostolus Paulus, ne*
illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sportam submissus est ut effugeret
manus eius, deserta est quae ibi erat, Ecclesia necessario ministro, et non ab aliis
 480 *fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe volentibus hoc*
Apostolus fecit, ut semetipsum servaret Ecclesiae, quem proprie persecutor ille
quaerebat. Faciant ergo servi Christi, ministri verbi et sacramenti eius, quod ipse
praecepit sive permiserit. Fugiant omnino de civitate in civitatem, quando eorum
quisque specialiter a persecutoribus quaeritur, ut ab his, qui non ita requiruntur,
 485 *non deseratur Ecclesia, sed praebeant cibaria conservis suis, quos aliter vivere non*
posse noverunt». Per quod intelligit a contrario, quod si non remanent qui
 impleant ecclesiasticum ministerium, quod nec licet fugere praelatum
 cum solus quaeritur, sicut nec cum quaeritur tota communitas, ut iam
 habitum est supra. Unde post modicum subdit AUGUSTINUS dicens:
 490 «*Cur sibi putant indifferenter obtemperandum esse praecepto, ubi legitur de civitate*
in civitatem esse fugiendum, et mercenarium exhortarent, qui videt lupum
 S 269^{rb} *venientem et fugit, quia non est ei cura | de ovibus? Cur non istas duas dominicas*
verasque sententias, unam scilicet ubi fuga sinitur aut iubetur, alteram ubi arguitur
atque culpatur, sic intelligere student, ut inter se non reperiantur esse contrariae, sicut
 495 *non sunt? Et hoc quomodo reperitur, nisi attendatur, tunc de locis in quibus sumus,*
fugiendum esse ministros Christi, quando ibi plebs Christi non fuerit cui ministretur,
aut etiam fuerit, et potest impleri per alios necessarium ministerium ab eis quibus
non est eadem causa fugiendi, sicut in sporta submissus fugit Paulus».

De fuga tertio modo, scilicet proprio motu divino exemplo Christi, de quo dicitur I o a n n i s VIII^o: «*Iesus autem abscondit se, et exiit de templo*»; et L u c a e IV^o: «*Transiens per medium illorum, ibat*».

G 270^{ra}
H 280^{rb}

De fuga quarto modo, scilicet proprio motu humano, intellige secundum praedicta, non sine divina inspiratione, | exemplo Athanasii de quo dicit AUGUSTINUS, post praemissa de Paulo, sic: «*Fugit sanctus Athanasius episcopus, cum eum specialiter apprehendere cuperet Constantius imperator, nequaquam a ministris ceteris deserta plebe catholica, quae in Alexandria | commanebat?*» Et post pauca: «*Nam quantum necessarius fuerit ecclesiae, quantumcumque profuerit, quod vir ille mansit in carne, catholica fides novit, quae adversus Arianos haereticos ore illius et amore defensa est*». Et dicit AUGUSTINUS omnia haec contra illos qui contrariabantur ei in eo quod | dicebat in certis casibus ministros Ecclesiae persecutores | fugere non debere, dicente AUGUSTINO in epistola dicta, longe ante iam dicta: «*Episcopum quendam dixisse audivimus: 'Si Dominus imperavit fugam in eis persecutionibus, ubi potest esse fructus martyrii, quanto magis debemus fugere steriles passiones, quando est barbaricus et hostilis incursus!' Verum est quidem et acceptabile, sed his quos ecclesiastici ordinis non tenent vincula*». Et infra: «*Quis autem credat ita Deum hoc fieri voluisse, ut necessario ministerio, sine quo vivere nequeunt, desererentur greges, quos suo sanguine comparavit?*», quasi dicat nullus est catholicus qui hoc credere debeat. Quod autem non sit manendum in persecutionibus, sed potius fugiendum, una via arguit dictus episcopus sic, dicente AUGUSTINO in dicta epistola: «*Si in ecclesiis persistendum est, quid simus nobis vel populo profuturi, non video, nisi ut ante oculos nostros viri cadant, feminae constuprentur, incendantur ecclesiae, nos ipsi tormentis deficiamus*». Et respondet AUGUSTINUS subdens singula singulis dicens: «*Potens est quidem Deus preces audire familiae suae et haec quae formidantur avertere; nec ideo tamen propter ista quae incerta sunt debet esse officii nostri certa desertio, sine quo est certa perniciēs, non in rebus vitae huius, sed alterius, quae incomparabiliter diligentius sollicitiusque curanda est*». Et infra: «*Magisque timeamus, ne oves Christi spiritualis nequitiae gladio in corde, quam ferro in corpore trucidentur. Magis timeamus, ne pereat castitas fidei, quam ne feminae violenter stuprentur in carne, quia violentia non violatur pudicitia sed mente servatur. Magis timeamus, ne lapides vivi exstinguantur deserentibus nobis, quam ne lapides et ligna terrenorum aedificiorum incendantur praesentibus nobis. Magis timeamus, ne membra corporis Christi destituta spirituali victu necentur, quam membra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueantur, non quia ista non sunt vitanda cum possunt, sed potius quia ferenda sunt, quando vitari sine impietate | non possunt, nisi forte quisquam contenderet non esse ministrum impium qui tunc subtrahit ministerium pietati necessarium, cum magis est necessarium. An non cogitatis, quando ad istorum periculorum extrema pervenitur, nec est | potestas illa fugiendi, quatenus | in*

Bad. 597^v
I 370^{ra}

515

520

525

530

535

S 269^{ra}

H 281^a
L 257^{rb}

- 540 *ecclesia fieri soleat ab utroque sexu atque ab omni aetate concursus; aliis baptismum
flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam poenae ipsius actionem, omnibus
consolationem et sacramentorum confectionem et erogationem? Ubi si minister
desinit, quantum exercitium consequitur eos qui de isto saeculo vel non regenerati
exceunt vel ligati? Quantus denique gemitus omnium et quorundam quanta*
- 545 *blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum!» Alii vero arguunt idem
alia via sic, dicente AUGUSTINO ibidem: «Sunt sane qui arbitrantur episcopos
et clericos non fugientes in talibus periculis, sed manentes, facere ut plebes decipiantur,
cum ideo non fugiunt, quia manere suos praepositos cernunt». Quibus respondet
AUGUSTINUS, subdens: «Sed facile est hanc responsionem declarare alloquendo*
- 550 *easdem plebes et dicendo: 'Non vos decipiat, quod de isto loco non fugimus; non enim
propter nos, sed propter vos manemus, ne vobis non ministremus quidquid saluti
vestrae, quae in Christo est, novimus necessarium. Si ergo fugere volueritis, et nos ab
istis quibus tenemur, periculis absoluti'. Quod tunc puto esse dicendum, quando*
- I 370^{vb}
- 555 *videtur utile esse ad loca tutiora migrare. | Quo audito, si nusquam vult ire, sive
necessitatibus certis impeditus, sive laborare nolens ad incerta suffragia, proculdubio
isti deserendi non sunt ministerio Christiano. Si autem, hoc audito, abire maluerint,
nec illis manendum est qui propter illos manebant». Et infra: «Melius autem quod
in his faciamus, invenire non possumus, quam orationes ad Dominum Deum
nostrum, ut misereatur nostrum».*
- 560